



Chapin  
And in case  
of P. P. H.



V I T A

DIVI RAYMUNDI NONNATI,  
AD EXIMIUM REDIMENDI MUNUS  
à Virgine vocati & electi:

MAGNI PARENTIS DIVI PETRI NOLASCO  
Fulgentissimi filij:

INTER PURPUREOS SANCTÆ ROMANÆ  
Ecclesiæ Patres,

PRÆCLARISSIMI PURPURATI:

Ex Regali Ordine ac Militari

BEATÆ MARIÆ DE MERCEDE,

Redemptionis Captiuorum,

CELEBRITATE VITÆ, ET SANCTITATIS

splendore, Dignissimè assumpti;

~~\_\_\_\_\_~~ C A N T A T A ~~\_\_\_\_\_~~  
Tribus Libris, Elegiaco carmine compositis: quibus  
miraculorum eiusdem Diui vnicus Heroo carmine  
~~\_\_\_\_\_~~ additus est liber.

~~\_\_\_\_\_~~ A U C T O R E ~~\_\_\_\_\_~~  
R. P. M. ER. MICHAELE DE VLATE,  
~~\_\_\_\_\_~~ Matritensi, prædicti Ordinis,

QUOS DEO NOSTRO O. M.

Christo Domino, vnico Dei Patris Filio, Efficacissimo  
hominum Redemptori, Assertori Potentissimo,

INNOCENTISSIMO PRO NOBIS AGNO  
~~\_\_\_\_\_~~ in Cruce mactato,

VICTIMÆ SUO SANGUINE LABIS HUMANÆ  
~~\_\_\_\_\_~~ Expiatrici, ~~del Coll' de la~~

SUPPLEX AC HUMILIS D. S. C.

~~Comp<sup>a</sup> de~~ CVM PRIVILEGIO ~~Abi de Soria~~

MATRITI: Ex Typographia, Hieronymi de Estrada.  
Anno M.DCC.IV.

Journal of the

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...





DEO NOSTRO OPTIMO MAXIMO,

CHRISTO DOMINO,  
VNICO DEI PATRIS FILIO:

EFFICACISSIMO HOMINUM REDEMPTORI,  
Assertori Potentissimo.

INNOCENTISSIMO PRO NOBIS.

Agno in Cruce mactato , Victimæ  
humanæ labis suo sanguine  
expiatrici.

**M**Aiorem Te , nec meliorem potui  
feligere Dominum , cui meos,  
Iesu Crucifixe , consecrarem Elegos. Sed  
superbire videar , quòd Te tantum Domi-  
num , tenuissimæ Musæ , vixque alicuius  
momenti , ambiuerim Patronum. Verùm  
ob id profectò , vt meæ profiterer Camæ-  
næ munerisque exiguitatem , quod Tibi  
offero, debui magnum Tuæ Maiestatis pa-  
tröcinium quærere , & exorare. Itaque ad  
præclaros confugere Heroas , & in ipsis  
certam protectionis defensionisque spem

pōnere, mōs est pauperum, confessioque  
indigentiae. Si quid verò, in exiguo Tibi  
munere offerendo, audaciae est, de tuo erga  
nos incomprehenso amore, ortum ducit.  
Nam cum Te Dominum, pro me vili seruo,  
in Cruce laborantem, immanesque sufferentem  
dolores, ac infamia Iudaicae aduersum  
Te gentis probra placidissimè deuorantem,  
meditarer: mira tui Amoris calefactus flamma,  
quidquid in his versiculis concinendis,  
scribendis, corrigendisque, laboris posui:  
quidquid tandem in his cudendis curae ac  
expensarum mihi obrigit, quasi aliquid es-  
set, quod nihil est, ausus sum Tibi offerre  
patientem; exiguumque hoc, & qualequale est  
munusculum, meque ipsum offerentem, ad  
Tuae Crucis aram prouolutum, Tibi, vt dig-  
neris accipere, non sum veritus supplicare.  
Nullibi, Domine, quam in Cruce mihi be-  
nignior, & supplicibus ad Te venientibus  
appares clementior: ibi latronem suscipis  
ad Te conuersum: ibi iam mortuus sindo-  
nem, qua sacrum inuoluatur corpus, non re-  
nuis admittere. Cur ego de tanta benigni-  
ta-

tate ac clementia, meum non præsumam  
libellum, etsi paruum, quantumuisque ru-  
dem, Tibi fore acceptum? Est tamen in eo,  
quod ames, & quod Tibi dignius offero,  
nempe Raymundi Nonnati, dilecti serui tui,  
vitam, Tuæ Crucis pedisequam, laborum &  
pœnarum imitatricem, virtutibus claram, &  
de Tuo munere mirabilem. Propter hanc  
ergo, quæ veluti rosa ostro & sanguine ru-  
buit grata Tibi & odora: quæque veluti  
gemma orbi illuxit candida, vimineam  
scriptionis meæ fiscellam, impolitamque  
capsulam, in quibus suauem florem, radian-  
temque Tibi dono gemmam, placidus &  
benignus accipies, vt soles humilium mu-  
nera. Et quod magis opto, ardentiusque  
supplico, non tantum libelli, sed meæ vitæ  
lapsus, & condonabis errores; quibus mise-  
ricorditer solutus, Te Ductore, auraque Tua  
flante, ad æternæ portum salutis possim  
foelicitèr appellere.

Domine Iesu Crucifixe.

Tuus redemptus, & humile mancipium,

*Fr. Michael de Vlase.*

LICENTIA ORDINIS.

FR Ioseph. Montes de Porres, in Sacra Theologia Magister, Dei & Apostolicæ Sedis gratia, totius Regalis Ordinis B. Mariæ de Mercede, Redemptionis Captiuorum, humilis Magister Generalis, Dominus Baroniarum de Algar & Scales in Regno Valentia, & Hispaniæ Primas, &c. Tenore præsentium, & auctoritate nostri Officij Licentiam impartimur R. P. Fr. Michaeli de Vlate, in Sacra Theologiæ Magistro, vt obtentis, prius Licentijs necessarijs, in Lucem edat, *Vitam Diui Raymundi Nonnati, S. Romane Ecclesiæ Cardinalis*, in tres Libros partitam, & Latino Carmine concinnatam, quibus accedit vnicus Miraculorum Liber eiusdem Sancti Cardinalis: Cum certè sufficienter sumus, de Viro, probatæ auctoritatis & scientiæ nostræ Religionis, nihil dissonum, & oppositum optimis moribus continere: In cuius rei testimonium præsentis Litteræ dati iussimus, manû propria subscriptas, Sigillo minori nostri Officij communitas, & à nostro Secretario referendatas: In hoc nostro Conuentu Matritensi die decima octaua, mensis Aprilis, anno Domini millesimo septingentesimo quarto; & à Descensione Sacræ Deiparæ, Nostræque Religionis reuelatione, & fundatione

468.

Fr. Ioseph. Montes de Porres,

Magister Generalis.

Iussu Rmi P. N. Generalis,

Fr. Philipus Ortiz de Mendoz.a,

Pref. elector & Secr. Generalis.

CEN

CENSURA R. Adm. P. M. F. IOANNIS  
Interian de Ayala, Regalis Ordinis Beatæ  
Mariæ de Mercede, Redemptionis Capti-  
vorum, olim Philosophiæ, modo Sacræ  
Linguae in Salmantina Academia  
propriij Moderatoris.

Q Uam mihi fuerit non modo gratum, sed &  
plane iucundum, ac volupe iussu R. mi P.  
M. Fr. Iosephi Montes de Porres, Domi-  
ni Baroniarum de Algar & Escaler in Valentino  
Regno, totiusque Ordinis electi Generalis Ma-  
gistri, &c. euoluisse, perlegisseque libellum, cui  
epigraphæ, *Vita Diui Raymundi Nonnati*, verbis  
haud facile complectar. Video enim, & quam  
lubenter! ut hic exaltus, amœnus, eruditus Au-  
thor, nulloque non encomio longe dignissimus  
R. P. M. Fr. Michael de Vlate Musarum, & Gra-  
tiarum germana soboles, vberissimi ingenij, & fœ-  
cundissimæ iuxta, ac facundissimæ venæ diuitias  
copiose admodum, atque exuberanter effuderit.  
Sane hic, & Apollinis Thymbraei lyram, & Mu-  
sarum modalos, & Pindi circumresonantis har-  
moniam, & Sæcus Pierij cantus, & si quid est  
aliud, quod mentis aures suauissime demulceat,

quicumque non omninò surdus, aut profanus au-  
 diet. Tutæ deinde in huiusmodi lectione libelli  
 piæ, ac religiosæ animæ deliciæ, nullaque prorsus  
 cordati iudicij dispendia; quandoquidem non hæc  
 insipientium Numinum furta, non bachantium  
 Deorum cum mortalibus pugnæ, non vesanæ li-  
 bidinis fraudes eisdem numinibus affictæ, non  
 cælo in ipso ebrijs plausibus, nec sine luxu ab-  
 sumpta, ac celebrata pocula, non denique quid-  
 quid corrupendis potius quam formandis mo-  
 ribus poetarum commenta est argutia, videas  
 prorsus, aut legas; sed pura, casta omnia, religiosa,  
 diuina, & quæ Authorem plane decebant, qui poe-  
 ticos, eosque limpidissimos haustus, non tam in  
 Parnasi vertice de fabuloso Hippocrenes scaturi-  
 gine, quàm in Sancti Sionis, & Caluarij iugis de  
 fontibus hauserit Saluatoris. Quare quicumque  
 ab istis sacris non omninò abhorretis, quicumque  
 bonas literas, puræque melodiam poetices, vel  
 à limine salutastis

*Stat.*  
*Papin.*  
*in Ge-*  
*meth.*  
*Lucan.*  
*lib. 2.*  
*Silv.*

*Fauete linguis*

*Vestra est ista dies, fauete Musæ*  
*Dum qui vos geminas tulit per artes*  
*Et vincitæ pede vocis, & solutæ*  
*Romani colitur chori Sacerdos.*

At erit non nemo de grege, ne dicam numero il-  
 larum, qui celsa quæque, & sublimia, vel hoc tan-  
 tum nomine, quod ea illis attingere non licuit, ipsi  
 possunt

potissimum ridendi, & exhibilandi, rident nihilominus, & exhibilant, eorum scilicet, qui ut diuinus loquitur scriptor, *quæcumque quidem ignorant, blasphemant;* atque is egregius, si Deo placet, sublannator: quo, inquiet, hominis Theologi, & de Religione, grauitate, pietateque absdubio benemeriti poeticus labor, &, ut id genus hominum loqui amant, puerilis pœne ludus excurrit? Nonne satius fuisset graues, ac grandes materias commentari, quam pangendis carminibus illinere chartas nulli propemodum vsui subinde profuturas?

Sed enim quis non spernenda potius, quam resellenda putet hæc, & alia vanissimæ mentis insomnia, nec benè sibi constantes capitis deliria? Ignorant porro, aut certè ignorare lupino errore affectant, quibus sic nugari liber, quãti fecerint sacri pœseos concentum viri cum Religionis, tum eruditionis nota longe clarissimi. Ut enim omittam diuino afflatos numine vates Mosem, Iobum, Dauidem, Isaiam aliosque complures, ut taceam Nonnos, Iuencos, Prudentios, Paulinos, Ambrosios, Damasos, Vibanos, pœneque innumeros, quos vel indigitalle tædij, & laboris plenum fuerit opus; quid? Gregorius ille Nazianzenus.

*Cuius ab ore fluit vox nectare dulcior omni.*  
 (Ut Homericæ interim illo utar) qui ex singulari diuinarum literarum scientia Theologi est cognomen consequutus, indignumne se, & autoritate sua in

In d.  
 Apost.  
 epist.  
 v. 10.

Hom.  
 Il. 1.

Ut Eccl. hab. in eius offic.

di.

dicavit ornare hanc Spartam, & quam suauissimis de rebus sacris condendis carminibus optime collocatas horas impendere? Ergo abeant, dispareant, facessant cacocritici isti Musis, ac bonis literis obstrepentes: vigeat, viuatque æternum libellus hic Authori, Ordini, purpuratoque Parenti, haud morituram gloriam comparaturus, & paucula hæc laudis causa non supra, sed longe infra dignitatem dicta sint Authori elegantissimo, præceptorum olim, atque etiamnum meo.

Quod vero ad censoris munus spectat, nihil in hoc opere reperi, quod Sanctis Catholicæ Fidei dogmatibus, honestisve, pijsque moribus aduersetur; quin potius, pleraque, aut certè omnia vtrisque enixe fauent, mireque consentiunt. Ita iudico saluo, &c. Salmanticæ in almo Veræ-Crucis Collegio tertio Idus Iunij M.DCC.IV.

*Fr. Ioannes Interian de Ayala,*



LICENCIA DEL ORDINARIO.

**N**Os el Licenciado D. Alonso Portillo y Cardos, Dignidad de Chantre de la insigne Colegial de Talavera, Inquisidor Ordinario, y Vicario desta Villa de Madrid, y su Partido, &c. Por la presente, y por lo que à Nos toca, damos licencia para que se imprima el libro, intitulado: *Vida de San Raymundo Nonnato*, con el libro de sus Milagros, compuesto por el Reverendissimo Padre Maestro Fray Miguel de Vlate, Religioso de la Orden de nuestra Señora de las Mercedes, residente en su Convento de Calçados desta Corte: por quanto aviendole reconocido, parece no tiene cosa, que se oponga à nuestra Santa Fè Catolica, y buenas costumbres. Fecha en Madrid à veinte y quatro de Julio, año de mil setecientos y quatro.

Lic. Don Alonso Portillo

y Cardos.

Por su mandado,

Santiago de Terreros.

CEN-

*CENSURA REVERENDISSIMI, AC  
Sapientissimi P. Magistri Gasparis de Montoya, è So-  
cietate Iesu, olim Collegij Toletani, & aliorum  
meritissimi Rectoris.*

**I**Ussu Domini D. Ildephonsi Portillo & Cardos,  
Eminentissimi Domini Cardinalis, Archiepiscopi  
Toletani, in hac Matritensi Curia Vicarij Ge-  
neralis vidi, & perlegi librum, qui inscribitur, *Vita  
Sancti Raymundi Nonnati*, metro Latino decantata  
à Rmo P. M. Fr. Michaeli de Vlate, ex Regali, ac  
Militari Ordine Beatæ Mariæ de Mercede, Re-  
demptionis Captiuorum. Miratus sum, fateor, La-  
tinas Musas, quæ iam pridem in nostra Hispania  
siluere, denuo loqui, & a tam pio, disertis, & cru-  
dito vate deuocatas, relicto Ethnico Parnaso,  
Christianâ in cyclade incedere. Quis non plausus,  
& grates accumularet nostrati Poetæ, qui laurea  
Theologica iam dudum insulatus, non minus do-  
ctè, quam concinnè Literas Sacras, & exoticas  
maritat, ut facile videre sit primores Patrum, qui  
in Græca, & Latina Ecclesiâ olim viderent, tam-  
quam post liminio reductos, & reuocatos in do-  
mo Dei concinere. Loquor Gregorium Nazian-  
zenum, Ambrosium, Paulinum, Prudentium, Ve-  
nantium, qui Theologicis literis ad miraculum  
instructi, cythara quoque personere: quo rudes  
animos suavi lyrâ mollitos, dociles aptarent dog-  
ma



*SVMA DEL PRIVILEGIO.*

**T**iene Privilegio de los señores del Consejo Real de Castilla, el Rmo P. M. Fr. Miguèl de Vlate, del Orden de nuestra Señora de la merced, Redempcion de Cautiuos, por tiempo de diez años, para poder imprimir este Libro, que ha compuesto, intitulado: *Vida de San Ramon Nonnato*, como consta de su original, su fecha en diez y nueve de Agosto de mil setecientos y quatro, ante el Secretario Solis.

*ERRATA, QUÆ IN TOTO OPERE EX PRÆLO irrepserunt, sic corrige.*

**P**ag. 67. dist. 42. *commissa*, leg. *Commisssa*. Pag. 74. dist. 96. *Megœra*, leg. *Megœræ*. Pag. 87. dist. 122. *Herculea*, leg. *Herculeæ*. Pag. 137. dist. 25. *Roma*, leg. *Romæ*. Pag. 144. vers. 161. *nitido*, leg. *nitidæ*. Pag. 144. vers. 180. *quique*, leg. *quisque*, &c.

Demptis his mendis suo exemplari responderet. Martiti die 13. Octobr. ann. Domini M. DCC. IV.

*D. Joachin Benito del Rio y Cordido,*

Corrector General por su Magestad.

*SVMA DE LA TASSA.*

**T**Assaron los señores del Consejo Real de Castilla este Libro, intitulado: *Vida de San Ramon Nonnato*, compuesto por el Rmo Padre Maestro Fray Miguèl de Vlate, Religioso de nuestra Señora de la Merced, Redempcion de Cautiuos, à seis maravedis cada pliego, el qual parece tiene nueve y medio, sin principios, ni Tablas, que al dicho respeto monta cincuenta y siete maravedis, y à este precio mandaron se venda, y que esta certificacion se ponga al principio de cada Tomo. Y para que conste, lo firmè, en Madrid à catorze dias del mes de Octubre de mil setecientos y quatro años.

IUDICIUM R. P. IOANNIS DE VARGAS,  
è Societate Iesu, olim publici in Matritensi Imperiali  
Collegio Rethoricæ Professoris, nunc earundem  
Scholarum Præfetti.

**S**upremi Regij Senatus Iussu oblectabundus  
legi, *Vitam Diui Raymundi Nonnati*, à Reve-  
rendissimo P. M. Fr. Michaelè de Vlate, Latino  
carmine apprimè donatam: in qua nihil tanè fi-  
dei nostræ, bonorumque morum integritati ad-  
versum notavi. Quinimò plura ad rectam mo-  
rum compositionem adverti utilissima, plura ad  
operum pietatem efficacissima, plura ad humanæ  
mentis excitationem opportunissima. Opus qui-  
dem tanto Authore dignissimum, cuius vi haud  
minorem animi fructum, quàm congruentem, si  
cupiat, eiusdem animi relaxationem poeticæ  
dulcedine imbibitam Lector ita experietur, ut ip-  
sum alloquens possim meritò cum Poeta interro-  
gare: *Te rapit hic fructusnè, an te fortasse voluptas?*  
Sic censeo, *salvo meliori, &c.* Matriti, quinto Ka-  
lendas Augustas, anno Domini millesimo septin-  
gentesimo quarto.

*Ioannes de Vargas.*

## BENEVOLO LECTORI.

**N**olasci vitam cecini aëtaque clara Parentis,  
 Quæ non legisti, Lector amice, reor.  
 Et meus ante duos en est liber editus annos;  
 An tantum, ut legeres, temporis ille petit?  
 Est brevis, & similem genuit sibi Musa pusillum:  
 Attamen exiguo corpore magna gerit.  
 Fert equidem Patris cœlestia munera sacri,  
 Fert inopum Libyco libera colla iugo.  
 Hæc mihi magna; tibi si non sunt, quare Poetas,  
 Qui Iouis, & Martis turpia futta canunt.  
 Et lege Plutonis, quam seruat Cerberus, aulam:  
 Regnaque Neptuni, Nereidumque choros:  
 Et Satyros, cum Fauno, caprigenamque cateruam:  
 Et tragicos equitum, quos premit urna, sonos:  
 Tum varios rerum vultus, fectasque figuras:  
 Et quæ intrarit Amor pectora cœca miser:  
 Dum legis hæc, gentilis eris, nec vera requiris:  
 Quin miser, haud sapiens vera, nec efficies.  
 Nunc tibi Nonnati mirabilis iuveno vitam,  
 Dulcia crudeli labraque clausa serâ.  
 Hunc, tibi si placeat, lege, Lector amice, libellum:  
 Si non, carpe; magis tunc mihi amicus eris.  
 O utinam inueniam Momum! Qui non legit, iste  
 Insipidus spernit, quas habet antè, dapes.

\*\*\*(S)(X)(S)\*\*



## V I T Æ

DIVI RAYMUNDI NONNATI,  
ad eximium redimendi munus à Virgine vocati,  
& electi:

MAGNI PARENTIS DIVI PETRI NOLASCO  
Fulgentissimi Filij:

INTER PURPUREOS SANCTÆ ROMANÆ  
Ecclesiæ Patres

PERCLARISSIMI PURPURATI:  
EX REGALI, AC MILITARI ORDINE

B. MARLÆ DE MERCEDE,  
REDEMPTIONIS CAPTIVORUM,  
celebritate Viræ, & Sanctitatis splendore,

DIGNISSIME ASSUMPTI.

## LIBER PRIMUS.

CAPUT I. *De Raymundi Patria & eius miro ad lucem exitu.*

## LEMMA I.

*Illius Patria, inamena ut est, & solâ tantî alumni sorte  
laudabilis describitur.*

**T**E canere incipiam tenui, Raymunde, Thalia:  
Compar quis poterit laudibus esse tuis?

2 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*  
Virginis, ò dilecte, & Nolasci inclyta proles,  
En tibi post Patrem barbiton ipse dico.  
Si dexter faueas plectris, fidibusque canoris, 5  
Namine de tanto nobile carmen erit.

**E** St Lalætânæ locus in ditioe Sagarræ,  
Quem Portel gentis Patria lingua vocat,  
Pauper, & exiguus, nec commendabilis vllâ  
Floræ, aut pomiferæ fertilitate Deæ. 10  
Nulla ibi in irriguos funduntur flumina riuos;  
Ardua sed scopulis fractaque inhorret humus.  
Quercus ibi vix vna, vel altera, surgit, & hæret  
Inter saxa, vagis non adeunda capris.  
Ergo Portellum, cui nulla est gloria campi, 15  
Nullusque vrbis honor, famave clara loci:  
Raymundi Patria est, hoc fœlix nomine tantum,  
In quo vel superet ruris & vrbis opes.  
Illum ibi, sorte loci, clari genuêre Parentes:  
Sors fuit illa loci, sed magis illa Patrum. 20  
Nam Deus in sterili voluit producere glebâ  
Candentemque simul purpureamque rosam.  
Sic Raymundus erit. Patriæque hoc germen olympi  
Sufficit, & campis copia verna suis.  
Quid tibi vaticiner, tellus inamana rudisque? 25  
Quid tibi, quæ plantis viscera sicca geris?  
Nil tibi triste dato sed quod lateris alumno,  
Qui te hortum Alcinoi, tempe & amana facit.



*Liber Primus.*

31

Gloria iam Libani haud tecum pulcherrima certet,  
Carmêlive decor, siue Sarônis ager.  
Quippe rosas Pæsti Raymundi vincis in vno, 30  
Aureaque Hesperidum poma, & aroma Sabæ.  
Nescis, ò nescis, tellus inculta, quod ille  
Thura dabit cœlo, lilia casta, rosas.

LEMMA II.

*Raymundi mater partui proxima, subito correpta morbo;  
sacris tamen expiata remedijs, moritur: Ille vero in mater-  
ni cadaueris visceribus viuus, prius experitur  
sepulchrum, quàm ortum.*

**L**æta quidem sætu, venturi nescia mater,  
Iam Lucina, tuam pœnè petebat opem:  
Iam sibi parturæ facilis sperabat adesles,  
Et rosæ proli, casta Diana, manu;  
Cû subito (dolor heu!) mors impia torfit ab arcu 3  
Eius in innocuum toxica tela caput.  
Terminus en vitæ instat, ineuitalis hora,  
Hinc prodest agræ nil ope Apollo suâ.  
Curritur ad superos, sed fatum venerat inde;  
Sæpeque mens hominû, quæ nocêre, petit. 10  
Sedula, ferte citò, cæli mihi ferte salûtem,  
Ægra ait: hæc animæ sit latis vna meæ.  
Ferte citò (Puer heu, nostrâ qui dormis in aluo)  
Fortè salus nobis vna duobus erit.  
Nec mora, continuo culpâ iam mente piatâ,  
Assumpsit Christum, tutæ obolumque viæ.

4 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Vngitur, extremum vitæ statim itura ad agônem:

Luctatur, moritur: curta palestra fuit.

Quis non hic geminet lachrimas, dirumque dolorē,

Vnâ nempè videns morte iacere duos? 10

En fœcunda iacet, dolor vt fœcundior esset:

En grauis, vt fletus iam riget ora grauis.

Genes. Pulchra Rachel partu doluit perijisse maligno,

35.

Sed fœtum moriens edidit illa suum:

Quem mæstû iussit cognomen habere Benôni, 25

Quippe doloris, ait, filius iste mei.

Non misera hæc adèo fuit: infœlicior ista,

Cui mors crudelis, pœnaque dira magis.

Heu vitam amisit, vitæ neque fudit in auras

Fœtum! sic leuior morsque dolorque forent. 30

Heu extincta parens geniti est ferale sepulchrum!

Mortuane hunc viuum viscera matris habent?

Iam non mater alit Puerum, viresque ministrat,

Sed sortem præstat faneris illa sui.

Mater adhuc inhumata est: inq̄ cadauere Matris, 35

Ac velut in feretro, iam Puer ipse later.

Mors gravidam rapuit: quis enim non inferat? Ergo

Desijt esse Parens: desijt esse Puer.

Ceu flos, truncato quo viuut stipite, pulcher

Vnâ cum ramo depereunte perit: 40

Ceu rosa folliculo languescit clausa tenello,

Cùm manus agresti pollice dira secat:

Haud aliter, qui matre obitâ modo clauditur infans,

Mortuus aut flos est, mortua siue rosa.

Dij meliora pijs, funestâ viuit in alio,  
 Ac velut occiduo ludit in orbe Puer. 45  
 Solers à tumulo discit contemnere vitam,  
 Esseque, scire mori, vitæ elementa piæ.  
 Incipit à tumulo vitam, quæ ibi desinit esse:  
 Et vitæ metas, quam neque cœpit, habet. 50  
 Quid tibi portendam, qui vt Phœnix præuenis ortû?  
 Omen auis mutæ nescius augur ago.  
 Phœbus ad Occasum flammanti currit ab ortu,  
 Nec priûs occiduas conscit adîre plagas.  
 Tu, Puer, è contra, de Occasu tendis ad ortum: 55  
 Sic Phœbus vitæ clarior alter eris.  
 Mors frustra, rabidus diri Mezentius Orci,  
 Coniunxit viuis mortua membra tuis;  
 Namque Dei clypeus fauces compefcet Auernas, 60  
 Horrendos manes liber & inter eris.

Psalmus  
 87.

## LEMMA III.

*Raymundus, latere mortuæ matris pugione aperto, mirè  
 in lucem editus est.*

**L** Umina plus morte ad fletû præsentē movētur,  
 Nostraque terribili corda stupore replent:  
 Quàm si illis absit, seu fama instillet in aures  
 Nato, dilecti tristitia fata patris.  
 Quid modo præreptâ matrē nisi morte videbant? 5  
 Hinc lachrimæ extinctâ quid nisi matre super?

6 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Tota domus plangit, tristique vagatur in aula,

Echo iterante, suæ flebile nomen heræ.

Interea, quid agat Puer, intra vitæ tectus

Mortua, flenti aulæ vix meminisse datur.

10

Et iam pœnè diem è vitâ discesserat vnum

Mater, quæ Pueri tunc grauis vrna fuit.

At Deus illius miserâ protector ab aluo,

Illo insperatam tempore misit opem.

Isai.

44.

Quidam vi casûs cognatus venerat heros,

Pallidaque ipse gemens matris vt ora videt.

15

Quis dolor hic, inquit, sanctæ quis inutilis angor?

Ad vitam his lachrimis ane redire potest?

Sic vobis Puer est curæ, qui clauditur antro

Matris in obscuro: forteque viuunt adhuc?

20

Dixit, & ille breuem vaginâ corripit ensen,

Maternumque secat vulnere hiante latus.

Quæque fuit data porta, ruit pulcherrimus infans:

Ceu Aurora umbras pellere clara venit.

25

O fœlix! non te crudele vocauero ferrum:

Per te nunc vitæ ianua aperta datur.

Cum iam defunctæ non posses tollere vitam:

A certâ fœtum tollere morte potes.

Occasu suescis, vel morte ferire cruentâ:

Mutata est cuspis: Nunc Oriente feris.

30

Fauxrix nil nostram iuuat Lucina Puellam:

Nil opis, aut Iuno, siue Diana, tulit.

Heu vanæ gentes colitis quæ numina vana!

Hæc nostra est ferri vulnere facta parens.

35

Quæ

Quæ sic vitalem per costas duceret ensem,  
 Hanc ego diuinam credo fuisse manum.  
 O Puer, incolumem Domini te dextera seruat:  
 Maternum, vt viuas, fulminat ense latus.

## LEMM A IV.

*Raymundus, è præclaro Comitum de Folch & Cardona  
 sanguine progenitus, Nonnati cognomine clarior  
 mundo & Cælo elucet.*

**H**Eus totis, si quæ sunt, viribus vtere, Musa:  
 Tineta Caballini si labra fontis aquâ.

Quis Puer hic est, qui vitales prodit in auras?

Qui natus dici nec tamen ipse potest?

Hic est, cui fatum raptæ crudele Parentis

Vitæ præclusit limina Eða suæ.

Hic est, cui fausto natalis ianua ferro

Per cæsum alta fuit Matris aperta latus;

En Puer intrat ouans de morte ad luminis auras,

Et sibi nascendi fœdera rupta videt.

Hinc ergo toto canitur Nonnatus in orbe:

Et benè, cui obstetrix dextera sica fuit.

Cui genitrix, non mater erat: cui mortua nomen

Nonnati potuit, vel geniti ipsa dare.

Non potuit genitrix fato esse puerpera diro;

Nonnatus potuit sed tamen esse Puer.

Qui Nonnatus homo, est homo: quin homo funere vitus:

Qui Nonnatus homo, tunc sepelitur homo.

8 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Psalm. Prodigium multis, sacrumque ænigma videtur  
 79. Nonnatus. Quid si est Oedipus ipse Deus? 20  
 Ferro maternam superavit vindice Sphingen;  
 Ad vitamque nouum præstitit ensis iter.  
 Romulidæ quondam rupêrunt mœnia, in Urbem  
 Victori ingressus vt noua porta daret:  
 Sic victâ Puer vt morte ingrederêtur in orbem, 25  
 Communis nulli porta paranda fuit.  
 Ioan. Heu! latus immanis perfôdit lancea Christi,  
 39. Vulnere & exiuit sanguis & vnda cauo.  
 Scilicêt ille cruor redimendi munus obibat:  
 Gentibus vnda dabat munda lauacra pij; 30  
 Non Puer absimilis fosso de vulnere prodit,  
 Christicolûm fœlix quippe Redemptor erit.  
 Prodiit (vt fama est) à cæso ventre parentis  
 Nomen Cæsaribus nobile, Roma, tuis:  
 Nonnati primus cur non se nomine signat?  
 Quippe viri nomen debuit esse pij.  
 Atqui Nonnatus Sanctorum Cæsar haberi  
 Iure potest, orbis qui dominator erit.  
 Ipse tamen, soboles clarorum magna Parentum,  
 Folch & Cardônæ nota propago Ducum, 40  
 Nôdû vtero exclusus gelido, quali prouidus infans,  
 Magna ex mortali nomina ventre fugit.  
 Nonnatus dici gaudet: de vulnere nomen  
 Eueniens, ritulis præpositumque suis.  
 Hos videt aut vanos, luce aut splendêre caducâ, 45  
 Seu fatuâ vacuos ponere in aure sonos.

Nonnatus meliôre sono diuelligat aurem:

Nàm memor est titulus funeris vnde venit.

Voce Deumque canit rapientem à morte Puellum,  
Fertque operis laudes grata per ora pias. 50

CAPUT II. *De signis sanctæ indolis Pueri  
Raymundi.*

LEMMA V.

*Raymundus semel, & prope finem, in diebus Ferie  
sextæ, & Sabbati, nutricis vbera  
sugebat.*

**C**Arcere iam mortis fœlix euaserat infans:  
Sorte quidem fœlix quâ quijs esse miser.

Clarior vtque solet nebulâ fulgere repulsâ

Phœbus: sic rupto fulserat ille specu;

Lataque destiterat iustis iam planctibus aula, 5

Nàm rediuiua aderat matris imago Puer.

Nec secus, extincti quæ flerat funera nati,

Exultat mater cùm superesse videt:

Lætitiâ ac magni subitâ insonuère penates,

Cùm visus fato liber adesse Puer. 10

Vix oculos satiâre valent, vix grata canendo

In Pueri mirum laudibus ora Deum.

Tùm nutrix, Puerum nostro, sinite, inquit, alendum

Vbere: lactis eget, forsan & illud auct,

illa

10 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Illa prius, tenerum vt blandis excēpit alumnum 15,  
Vlnis, more suo, basia multa dedit.

Lactea purpureis iunxit post vbera labris:

Ah, sed ait, mammās non premit ore Puer!

Labra immota gerit, tumidis retrahitque mamillis:

Lac sibi & infusum fundit ab ore foras. 20

Cur ita nunc, cūm lactis eget, lallāre recusat?

Non hæc à febris causa calore venit.

Ceu rosa, sic mi Pupe rubes: non fluridus ardor

Cum molli ossa simul carne tenella cremat,

Num tu, quod natura docet, mi Pusio, nescis? 25

Agnus, vix nascens, vbera matris adit.

Ad teneros fert angues alba ciconia pullos,

Qui rostro sperant ventris hiante cibos.

Nigra albis exhorret auis dare fœtibus escas;

At pulli ore Deum pabula flente rogant. 30

Pfalm.  
146.

Talia, ceu surdo, narrabat garrula Paruo

Nutrix, & ventis irrita verba dabat.

Non tamen illa sinit Puerum vberē sedula dulci

Invitare, apto tempore, perque vices.

Transierat sic clara dies, & candida bigis 35

Cæptæ iam noctis Luna subibat iter.

Tūm Puerum nutrix admouit ad vbera pulchrum:

Nec mora, lac bibulis exprimit ille labris.

Illa iocans, hilaris si cœnas, mi Puer, inquit:

Ad mea te placidum prandia manè voco. 40

Iam Phœbus lucem per terras sparserat almam:

En nutrix cunis prompta clientis adest.

Atque



Atque admota suis spernit Puer vbera labris,  
 Ac velut hesternâ permanet ille die.  
 Num ieiunat, ait nutrix mirata, Puellus? 45  
 Hâc semel horâ vsus sic herè lacte fuit.  
 Mammis bisque meis duodenas abstinet horas:  
 Hæc ieiunantes fœdera sancta tenent.  
 Illa velut vates fuit. Observantia namque  
 Infanti reliquis nulla diebus erat. 50  
 Et modò, siqua vides, pandes mysteria, Musa:  
 Abdita timari, muneris istud habes.  
 Scilicèt ille dies, faustum quo fecit abortum  
 Vulnus, Christi etiam vulnere clarus erat.  
 Hinc Puer incæpit venerari vulnera Christi, 55  
 Quâ potuitque siti quâ potuitque fame.  
 Quorum vim superam materno in vulnere norat:  
 Traxit quippe ab eis esse salubre sibi.  
 Fœlix, ò vulnus! pulchrè tibi contigit esse,  
 Cum fuit, è Christi vulnere fluxa salus. 60  
 Ergo diem Puer hanc postquam ieiunus honorat,  
 Sancta sibi est simili septima honore dies.  
 Illam Verbiparæ an sic innuit esse dicatam  
 Puræ, cui servus deuouet esse pius?  
 Candidus an tantæ suæ per ieiunia Matris 65  
 Plus mundo admitti filius ore rogat?  
 Sic puto: matre Puer charâ se conspicit orbum:  
 Virgine nec certè est charior vlla sibi.  
 Quis victu infantem docuit ieiunia frangi,  
 Et se lacteolis abstinuissete cibis? 70

12 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Nimistrum mors cuncta docet: nil sobrius illa est:

Hanc, tu frugalis, si meditaris, eris.

Quid prius expertus Puer est quam brachia mortis?

Prima suæ docuit mors elementa scholæ.

Huius sub ferulâ didicit citò sobrius esse:

57

Integra in hoc ludo vix stetit æta dies.

Tunc mors iam matri fœtum nutrire negarat:

Tunc quoque ieiunus pertulit ille famem.

LEMMA VI.

*In Nonnati palmis nomina Iesu & Mariæ miro apparent  
splendore impressa.*

**F**ulgebant signa in Pueri manifesta supernæ

Indolis, & vitæ semina clara sacra:

Quippe Deus natum esse sibi, nūdoque negatum,

Prouida Nonnati nomine signa dabat.

Ostendi Numen voluit mirabile in illo,

5

Cum ventre extrahitur, cum negat ora cibis.

Nunc istis maiora facit. Non sueuerat vnquam

Infans oclusas pulcher habere manus.

At quodam lyncea die observauerat altrix

In pugnum tenerâ stringere vtramque manū. 10

Rem mirata nouam, pugnos ridensque minaces:

Vis iam, inquit, Pollux, mi Puer, esse pugil?

Prælia quæ teneris tentas certare pugillis?

Bellum tu pugnis num puerile geris?

Fili;

Fili, expande manus: cur tu pugnare vidēris? 15  
 Bellus homo es: dubito, an strenuus esse queas,  
 Interea, his festiua iocis, non impigra leni  
 Curat pugnares arte aperire manus.  
 Ipsa tamen fortes verè est experta pugillos,  
 Nam dum conata est vincere, victa fuit. 20  
 Hercules, è pugno vt clauam conuellere fortis,  
 Mirum esset: Pueri sic referare manus.  
 Ecquid habes, Puer, in manibus? quidve oculis, inquit?  
 Iam celsa, donec prodere spontè voles.  
 Nescio cur mecum palmas sic ducis amaras; 25  
 Osculet, vt soleo, ni modò fortè fugis.  
 Dixerat, & labra effuso per hiantia risu,  
 Diuitias clauæ protulit ille manus.  
 Protinus alma oculis falsèrunt Nomina (mirum!)  
 Iesus in palmis atque Marfa suis. 30  
 Procidit antè genu diuina vocabula flexo  
 Nutrix: aula suo est nec premere ore manus.  
 Obstupuerat enim radianti lumine, at altè,  
 Mirum, prò mirum! terque quaterque tonat.  
 Ingens ad sonitum vocat aula suos, celerique, 35  
 Quò vocat, irrupit nescia turba gradu.  
 Vt vidère manus Pueri, palmasque coruscas,  
 Dulciaque Ætherio Nomina picta croco:  
 Nomen vtrumque statim curuato poplite adorant,  
 Diuinoque stupent affici honore manus; 40  
 Et nostris, aiunt, inscriptum Nomina Regum  
 In terris florem vidimus esse dyum.

14 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Tum nutrix, Puer ò bone, ait, qui immensa pugillo  
Nomina, cœlestes claudis opesque tuo.

Quid tu non poteris; Cœli, rerumque potentes, 45  
Iesus cum in manibus sitque Marfa tuis?

Iam mihi non dignis tua dextra sinistraque labris,  
Aufero si forsàn, est veneranda meis.

Fœlices palmas! quas talia Nomina honorant:

Hæ vincent fructus, palma Arabèia, tuos. 50

Dum loquitur, lux sese tota recepit Olympo:

Nomina tunc Pueri nec micuêre manu.

CAPUT III. *De Sancta Raymundi Nonnati  
pueritia.*

LEMMA VII.

*Raymundus Nonnatus, spretis puerorum ludis, solo se  
virtutum exercitio oblectat.*

**M**ENS Puer, sensusque capax, illuxerat almo,  
Vt solet actâ Eos nocte aperire diem:

Protibus & morum capit clarescere candor

Ætherius formæ grande decusque suæ

Vix Puerum esse putes spectatis moribus illum: 5

Quippe ætate Puer, seria paruis amat.

Exuerat Puerum, pueri cum germinat ætas,

Cum fert in tenero ludrica flore nuces.

Non pretexta sibi Tyrio fucata veneno

Apta foret, toga sed candida, mens vt erat. 10

Ille

Ille iocos, spernitque agitatam verberare buxum,  
 Quod stupor est pueris, continuusque labor.  
 Huic fugit ignauæ cautus colludere turbæ;  
 Fictus & in canna currere spernit eques.  
 Par imparque odit, pueri quo lucra recensent 15  
 Vana nucum, sorte his impare, siue pari.  
 Nil in eo vitij: purum ceu sidus Olympi,  
 Irrita despiciens gaudia, fulget humi.  
 Si, quid agat? quæras: Cælum miratur & astra,  
 Et tenet Æthereo lumina fixa Polo. 20  
 Et quis ibi tam pulchrâ habitat Regnator in aula  
 Cogitat, & captu iam colit ille pio.  
 Templâ petit, supplexque sacris prostrernitur aris,  
 Et placitura Deo vota precesque facit.  
 Inde domû repetens, discit documenta magistri 25  
 Prima: Deumque sonant Omega & Alpha sibi.  
 Utque erat ingenio pollens, in tempore pauco  
 Pingere Cadmeas scitque legitque notas.  
 Morigerus Patris seruat præcepta seueri:  
 Et Pueri nullis obstreperit aula iocis. 30  
 Scit seruare modum parcus somnique cibique:  
 Virgineas recitat, cum vocat hora, rosas.  
 Ille sibi his placidis pertransit lusibus horas;  
 Hæc amat, hæc præ alijs otia plaris habet.  
 Ludite sic pueri: iactò ne ludite disco;  
 Dum disco ludis, sic, Hyacinte, peris. 35  
 In syluis formosus apros agitabar Adonist  
 Ah miser! ipse & obis dente ferocis apti.

116 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Sed mira vnde tibi, Nonnate, hæc gratia venit?

Es Puer, & renuis moribus esse Puer?

40

Est Puer, at mortem maternâ vidit in aluo,

Et didicit ludo mortuus esse Puer.

LEMMA VIII.

*Raymundus Nonnatus, animo, sub Clericali statu, Deo  
inseruiendi, Philosophie, ac Sacræ Theologiæ operam  
dat; eum verò, vt ab illo Pater proposito deterreat,  
in suam mittit Villam, vbi rem rusticam  
procuret.*

**P**ostquã prima elementa Puer, sciuitque latinè,  
Ingenijque dedit splendida signa sui:

Ad maiora volat vigilis certamina mentis,

Primò ad Aristotelis nobile dogma Iphi:

Pòst, altas sacræ conscendit Pallados arces,

Attentâque capit quæ docet aure Fides.

Differit, euoluitque libens cœlestia, mentis

Obiectumque suæ gaudet habere Deum.

Martia non miles quæ gessit prælia victor

Cogitat, aut valido dulciùs ore refert;

10

Nec magis Eurotæ ripis iucundus amæni,

Dexter dulcisonâ cantat Apollo Lyrâ:

Quàm solers arcana Dei pertractat ephebus

Ore, vel in tacito pectore mira videt.

Ergo dulce sibi studium, quo seruiat aris,

15

Eligit, & sacrâ laudet in æde Deum,

Hunc

Hunc finem, studijque scopum, sat pertulit ægrè,  
Improbat aduerso iudicioque Pater.  
Quid tua, ait, sine me statuit, Raymunde, voluntas?  
Plus audes, ætas quàm tua ferre potest. 29  
Sic decernis enim quasi non mihi subditus esses,  
Aut quasi iam iuris cõperis esse tui.  
Displicet id; sacras vero te incumbere in artes,  
Id placet, ad Musas & tuus altus amor.  
Nàm facit ingenuos diuina scientia mores, 25  
Plus & in herõo pectore clara micat.  
Hâc poteris regere & populos, hâc scribere leges,  
Hâc sine, quis dubirat, non erit æqua Themis.  
Hâc auri sacramque famem, sædumque lucellam,  
Partasque effugies prauæ opè fraudis opes. 30  
Hâc erit aucta tibi res, & seruata paterna:  
Nec vacuas mites pauperis ære manus.  
Incipe iam, fili, his, quas calles, artibus uti;  
Villa mihi est, ductu crescet opima tuo.  
Te præsentem, magis solers colet arua colonus, 35  
In læta & Pastor Pascua ducet onus.  
Protinus i, celer exequere hâc monitõre Parente;  
Nàm te plus, fili, quàm iubet, ipse rogat.  
Sic Pater astuto celabat pectore vulpem,  
Nonnatiq; vijs tentat obesse bonis. 40  
At Puer, esse Patrem simulatâ mente locutum,  
Sensit, & hos humili fudit ob ore sonos:  
Quid velit, & taciti placitum nescire Parentis,  
Cuique placere volem, non puto crimen habet.

18 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*  
 Interdum licuisse mihi ingenuâ indole nato, 45  
 Quis neget, illius femina clara sequi?  
 Nûc mihi nō licet. Estò, trahit tua quæque voluptas:  
 Quæ, Pater, ipse iubet, plus mihi pondus habent.  
 Dixit, iamque parans iussis parêre, colendos  
 Ante Patris prono corruit ore pedes. 50

LEMMA IX.

*Raymundus Nonnatus, non (vt erat Patris mens) ruris  
 illecebris oblectatus, cælestem verè in Villa vitam insti-  
 tuit. Quotidiè sacellum D. Nicolai, in Portelli eremo-  
 situm adibat: & ibi profusis lacrimis & precibus,  
 Beatiss. V. M. exorabat, vt eius esse, & nuncu-  
 pari Mater dignaretur.*

**A**D Patris vt venit Raymundus prædia culta,  
 Cuius in obsequium nil tulit ille moræ:  
 Protinùs est lætata Pales, Villæque coloni  
 Accensos paleis transfilière rogos.  
 Post hilares faustam Puero dixere salutem, 5  
 Cum xenijs & hero liba dedere nouo.  
**O** ruris candor! tincta, ò non pectora fucò!  
 A vobis simplex quàm benè fertur Aue!  
 Illita fallaci non fertis munera melle;  
 In vestro probitas ore manūque nitet. 10  
 Tùm Puer his grato respondit candidus ore,  
 Presit & amplexu rustica colla suo,

Sic



Sic missi festâ pastores voce canebant:

Nostra Pales, gaude: tempora cinge rosis:

Candidus est pulcherque tuis flos insitus agris: 15

Herbida iam rident prata, virescit humus.

Quis Deus hunc nostris florem præfecit agellis?

Quis Deus hunc dominæ, syluicolæque Pali?

Certè ille est nostri memor, ille & agrestia curat;

Et campis faustum flos datus omen habet. 20

Rustica festiuo sonuere mapalia cantu,

Mons quoque, Orestiadû monticolusque chorus:

Nunc Pueri studia & mores mihi, Musa, reuêla;

Forsàn, vt est absens, non timet ora Patris.

Fortè voluptates sectatur mobilis ætas; 25

Heû quantum illecebris subiacet illa malis!

Indeque iam ruptis cæptæ pietatis habenis,

Deuia ceu præceps per loca cutrit equus.

Forsàn consilium sequitur, votumque paternum,

Addictamque aris displicet ire viam; 30

Vita vel innocuam mutauit libera mentem,

Et plus Dianam Pallade stultus amat.

Vtque Puer, visco dulces, pedicisque dolosis,

Cognato aut volacrum carmine, captat aues;

Ipsè in auritos lepores, damasque fugaces, 35

Tendit & in turdos retia rara vagos;

Aut canibus vestigat apros, velut alter Adonis:

Latratu excitas persequiturque feras;

Nec minus Alcanio pulcher, de monte leonem

Se dare præcipitem percipit actus equo. 40

20 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Falleris, in Puerò malè & hos prælagis amores:

Nam Puerum è triuio quemlibet esse putas?

Nobiliumvè vnum petulanti de grege, quorum

Clarum dedecorat mens vitiosa genus?

His odio est virtus, cuius fulgore micaret

45

Plusquàm per titulos stirps generosa suos.

Pluris sed Puerò est illustri sanguine virtus:

Quippe hæc est animæ, corporis ille, decus:

Hunc alios inter Phœbea ad lumina raptum,

Fulminis exploret fida ministra sacri:

50

Hunc cœlo inueniet dignum, Phœboque superno,

Cœlestem fixo qui bibit ore diem;

Proijcietque alios, Phœbo censore, reuictos,

Per mores Aquilâ degenerasse patre.

Moribus ille quidem sublimia fertur ad astra;

55

Non (licèt in terris incola) serpit humi.

Tunc erat exigua in Portelli finibus ædes,

Nicolae, tibi nomine sacra tuo;

At modò magna, sacris Raymundique ossibus almî

Vrba capax, toto claraque in orbe viget.

60

Hanc, quoties terras perlustrat lumine Apollo,

Ædiculam ille pius visitat, itque pedes.

Nàm Mater fulgebat ibi intemerata Tonantis,

Perfugium populis araque tuta pijs.

Ergo tener Matris faciles ad Virginis aures,

65

Quòd sibi chara velit, flagitat, esse Parens.

Cur, ait, arreptâ exiui hæc ad lumina matre?

Cur, nec natus adhuc, iam sine matre fui?

Sum

Sum Puer, & nullo lactabor ab ybere? dulces  
 Nec mitam uostro matris ab ore sonos? 70  
 Num mihi, ob id misero, Nonnatum contigit esse,  
 Quòd matrem ipse negem nomine habere meo?  
 Non ita, sed nomen, Ælix uertatur in omen;  
 Causa sit, ut dulcis sis mihi, Virgo, Parens.  
 Veni matre meâ vitales quibus ad auras: 75  
 O fors! orborum Mater habêris amans.  
 O fors! amisi matrem, Cœlestis ut esses  
 Ipsa mihi, & damno scenerer ipse meo.  
 Pronida cum matrem arripuit, quàm nascerer ante,  
 Numinis en Matrem te mihi cura dabat. 80  
 O Pia, me Puerum cœlesti nectare lacta,  
 Eia age, dum mores ebibo lacte tuos.  
 Nec uelis ipsa, nec ipse ausim te dicere Matrem;  
 Ni doceas digno me prius ore loqui.  
 Sum Nonnatus ego, mortali meque parente 85  
 Ritè sonus natum nominis ipse negat;  
 Sed si me, mea lux, & amor, casto ubere nutris:  
 Natus dicar ego pectore, Virgo, tuo.  
 Quique neget, nec erit, natum meliôre parente,  
 Quantum astris tellus, Cœlitate distat homo. 90  
 Sic Puer orabat Diuam Portellius alman:  
 Et Puero risit Virgo benigna suo.



22 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

LEMMA X.

*Raymundo Virgo Maria, eius indulgens assiduis precibus  
apparet, & ait: Raymunde, Ego te in filium ab hac  
hora suscipio: tu quoque, ut optasti, me  
Matrem voca,*

**Q**uem nō vota trahunt sua? Quē nō anxius vrgeet  
Heu! ignis, dum nō obtinet, id quod amat.

Narcissi voces Echo repetebat in antris:

Alternabat amor sic vtriusque preces.

Et, Narcisse, tuæ narratur fabula formæ

Cuius ab infano captus amore peris.

Sic, licet humano flagrent in pectore vota:

Multò cœlestis fortius ardet Amor.

En redit, itque frequens dilectæ ad Virginis aras,

Insistit votis, fletque rogatque, Puer. 10

Genes. Ac velut Isacides certat cum Numine fortis,

32. Flebilis impleri dum sua vota rogat;

Interea nexis adstringit colla lacertis

Cœlica: stant vincti cum pedibusque pedes:

Soluetque Æthereo cū iā de Marte triumphet, 15

Victricesque ferant, quod petiēre, preces;

En celsit Deus, & luctæ benedictio finem

Sacra dedit, votis læta, Iacôbe, tuis.

Sic Puer illachrimans, iam tendit brachia collo

Virginis, & roseos iam tenet ille pedes: 20

Decernitque humilis dominas non linquere plātas,

Nec colli amplexus, det nisi Virgo manus.

Non ego inermus, ait, pugili cum Cœlite pugno:

Tecum Iessæâ, sunt mihi bella, Rosâ.

Tu non horribili armata est velut ægide Pallas; 25

Suaui es, & casto corda decore trahis.

Si benè te noui, renuis, pia Virgo, morari

Iam semel auditas aure fauente preces.

Ilacida appâres rutilans Aurora precanti,

Protinùs & victor dona petita tulit. 30

Quippe Deus voluit, te iam spectante, videri,

Ipsa vt es, ad iustas sic celer ipse preces.

Quique rogatus erat (mirum!) Deus ipse rogabat

Solui, Tê coràm Matre, negare timens.

Num mihi, quæ posco, præsens Aurora, morari 35

Tam pia supplicibus nunc tua corda ferent?

Magna peto Phaeton: sed sunt puerilibus annis

Apta: piæ & pueris vbera Matris habes.

Esse meam supplex oro dignêre Parentem:

Hoc & dulce meo nomen in ore sonet. 40

Finierat vix ille preces, cum fulsit in æde

Delapsa Æthereo Virgo decora throno.

At Puer insolito trepidauit lumine cœli,

Pulchraque quo rutilæ Virginis ora micant.

Cui sacra Virgo metus, innitens nube coruscâ, 45

Voce fugat blandos hos modulante sonos:

Fili, ne metuas: scelix hâc nasceris horâ:

Sum tibi Mater Ego: Filius ipse mihi.

24 *Vite Diui Raymundi Nonnati,*

Reddere iam Nati, Matris iam audire vicissim

Nomina iurati fœdera amoris erunt,

Ep̄sa Ego chara tuæ ad Matris modò munera veni,

Vt tibi me Matrem noueris esse piam.

Dixit, & inde nouo Mater disparuit alma

Nato, illam ad superos nube ferente globos.

Tùm Puer in tenero Matris liquefactus amore:

Cur mea, flens dixit, tam citò, Mater, abis?

LEMMA XI.

*Puer Raymundus Patris sui ouibus (quas aliquandiu pa-  
uio) in eremo relictis, pio colende Virginis studio sacel-  
lum adibat: interea vero visus est Angelus oues seruare.*

*Et Virgo quidem celestem huiusmodi fauorem*

*Raymundo indicauit, necnon Pater  
eius vidit.*

**M**aterno Pueri plus corda arsere fauore:

O fauor! ò! Matrem, quam cupiêrat, habet.

Hanc veniente die, illam decedente canebat:

Dulcis vt Orpheus sic erat ipse Puer.

O quanto superæ trahebatur Matris amore!

Ille oculis vellet creber adesse suis.

Pastor erat patrijs Portelli pulcher in aruis,

Qualis Iessiades, qualis Apollo fuit.

Et teneras pascibat oues, baculoque regebat,

Per virides ripas prataque amœna vigili:

Arcebatque lupos fundâ stridente feroces,  
Et celeres ibant ore lairante canes;  
Iam pastas, riuî fluidas ducebat ad vndas:  
Curuâ, cum æstus erat, valle tegebat oues:  
Intereâ baculo incumbens cantabat amorem  
Virginis, indigno quo sibi Mater erat:  
Se Puerum, lachrymasque suas, audisse precantes:  
Ora dedisse oculis clara videre suis.  
Hoc mulcebat oues, hoc se quoque carmine mulcet:  
Solamenque æstûs carmen vtrisque fuit. 20  
Ille tamen, quis credat? oues linquebat in aruis,  
Qui tam Pastor erat sedulus, ire vagas.  
Quid si ille inter oues balabat candidus agnus,  
Et vagus extra alium Matris ouille suæ?  
Flebilis, ò quoties mandati Pastor ouillis, 25  
Desertam inter oues se reputabat ouem!  
Vt Mater, pueros inter, qui non sua proles,  
Sola est, absenti pignore & orba gemit:  
Haud alitèr Puer. Ergo ouibus per rura relictis,  
Illic, Mater vbi est, anxia tendit ouis. 30  
Protinùs & teneris implet balatibus aras,  
Ambrosias auido fugit & ore dapes;  
Virginis alloquijs fruitur cœlestibus alma,  
Mutuus & Nati, Matris & ardet amor.  
Illa docet Puerum quod solo interitus astra 35  
Icarus auxilio Numinis alta petet.  
Hic feret egregij similes Ganymêdis honores,  
Qui sit mente Dei consilioque fruens.

26 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Qui contemnit opes, aulas Regumque superbas,  
Ditior æternis hunc manet aula bonis. 40  
Ne, fili, faciles præstes Sirenibus aures:  
Circæum mitunt ora canora malum.  
Heù quantas mersère rates pelago! has fuge Scyllas;  
Et memori iustus pectore conde meos.  
His dum Virgo suum monitis lactabat alumnû, 45  
Dum se doctrinâ proluit ille sacrâ:  
Non custos pecoris formosus defuit alter:  
Angelus en niveas pascere visus oues;  
Fistula de tereti pendebat eburnea collo,  
Pellis & ornabat membra decora leuis; 50  
In dextrâque pedum, cui aut incumbebat, oliuæ,  
Aut quo lanigeras lenè regèbat oues;  
Pulcreas pecudum dignatus ducere plantas,  
Pulchrior, illo etiam puluere, Pastor erat.  
O Puer! è cælo Puerum, qui te ore referret 55  
Digno, dum charâ Matre potîris, habes.  
O Puer Angelice! en benè debuit Angelus esse,  
Qui tua per virides munera obîret agros.  
Cura fuit Matris: qualis sis, nouerat ipsa:  
Pro Pueroque ad oues, Angelus, inquit, eat. 60  
Te quoque de supero monuit gregis illa magistro,  
Dum sacro frueris Matris amore piæ.  
Hinc mundi curas Cælestis suscipit ales,  
Quòd cæli curas suscipis ipse sacras.  
Et secura gregis, mens est tibi libera curis, 65  
Otia sollicitus nec premit alma metus.

Non



Non semel, è Cælo iuuenem per læta decõrum  
Prata tuus genitor ducere vidit oues.

Ipse fuit testis: sed te discreuit ab illo;

Non, quem vidit, eras; Angelus alter erat. 70

## L E M M A XII.

*Dæmon, mentita Pastoris forma, Puerum Raymundum  
aggreditur, suadens illiusmodi genus vitæ abijciat, si-  
mul improba miscens documenta. Cui Puer nunquam, in-  
quit, à via veritatis, & à doctrina, qua V. M.*

*Mater mea, me imbuit, recedam. Tunc,*

*audito Mariæ nomine, larvatus*

*euanuit Dæmon.*

**P**Astor agebat oues solitâ Puer almus eremo,

Clamor ubi vrbs abest, Mercurijque dolus.

Quæ loca sed stygio non sollicitantur ab hoste:

Antra tua, Antõni, scit, latebrasque tuas.

Atque tuos audax peruadit, Christe, recessus;

Fert malè pura suo corda vacâre Deo.

Ergo nunc habitum simulans, Pastoris & ora;

Cui caput, & canis squallida barba comis:

Ad Puerum venit, quem sic blando inuidus astu

Occupat, in verbis tecta venena vomens. 10

Ah, pellite Puer, Pastor pulcerrime, mollem

Sola per arua regis mollior ipse gregem.

Non decet hanc formam Pastoris munus agreste,

Rustica nec pellis mollia membra decet.

28 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Cur tu pascis oues? Cytheræos pascere amores, 19

Qui, si arcum sumas, esse Cupido potes.

Ipsa Venus, si te videat, flagrabit in igne

Capta tuo: pulchras, eia age, vince Deas.

Crede mihi, non arua tibi, sed conuenit aula:

Regio & in tenerâ viuere more rosâ. 20

Quæ tibi dedecori est, villosam proijce pellem;

Pectus purpureâ nobile veste tege.

Ambi iam faeces, interque Herôas honôres:

Hoc clari ingenuus sanguinis ardor erit.

Sis etiam, vt dominêre, opulêto Cressus in auro: 25

Aquet delitias nec Sybarista tuas.

Hic quid agis? fugit hic viridis sine floribus ætas:

Te miserum hic æstas vrit, hyemsque gelat.

Hei mihi! consenui, ipse vides, mihi nec magis vno

Hoc superest baculo, cui graue corpus inest. 30

His Puer auditis, quid, ait, mihi consulis ipse,

Qui fundis pranus sordida verba senex.

Non Deus, aut aliquid cœleste auditur in illis:

Sed Sybarista, Venus, Aula, Cupido, Deæ.

Miror, desertis quis sic te instruxit in aruis: 35

Miror, vti innocuas sis malus inter oues.

Forsàn haras coluisti Epicuri porcus obellus:

Fortè aut Phæacio de populo ipse venis.

Audi digna tui capitis ludibria cani,

Verbaque consilij, candidiora tuis. 40

Nullus in ore tuo pudor est, & peccus iniquum,

Sæua Dionæis ignibus æthna fuit.

Quod

Quod cupit, id ructat. Caput, ò damnabile, suade  
Orco; illi monitus, i citò, vende tuos.

Est mihi, in hac fœlix, quâ verso, Pastor eremo, 45  
Ipso sole Parens, quam colo, pulchra magis.

Illa mea Ægeria est; sed multum dispar ab illa,  
Quæ, Numa, Nympha tibi, consiliumque fuit;  
Consilijs illius, & almo ducor amore:

Est mihi & Ætherei vera Magistra poli, 50  
Hac duce, certa sequor præcepta salutis,

Et vinco obiectos Dæmonis arte dolos.  
Non procul hinc colitur fœlix illius imago,  
Et crebro populis mira favore pijs.

Illius ad templum ires tu quoque, si pius esses: 55  
Castaque, ibi doctus, consilia ipse dares.

Ergo mea illic Mater adest: modò nomen adora:  
Ipsa est digna Dei Virgo Maria Parens.

Audijt vt nomen stygius venerabile Pastor, 60  
In fumum vertit terditus ora nigrum.

Tùm Puer exultans Mariâno nomine victor,  
Non sua, sed Matris sacra trophæa canit.



## LEMMA XIII.

*Puer Raymundus in sacello coram Virgine, ei pro parte  
de Dæmone triumpho, gratias agit. Tum rogat sibi velis  
ostendere, quomodo illi possit gratius, & amantiùs  
deseruire. Cui Virgo, si te Virginem perpetuò  
serues, respondit.*

**E**Rgo Puer noto, quæ cum pugnaverat, hoste,  
Nomineque hunc Matris te superasse sacro:  
Latus it ad fortis victricis Nominis aras,  
Et grato acceptam carmine laudat opem.  
Fundit ibique preces curuato poplite supplex,  
Pronior ad Matrem quas sibi dicat amor.  
O Mea Mater, ait, cuius sub nomine vici,  
Terribilisque meo buccina in ore fuit.  
Protinùs intremuit, fugitque Acherontica larua:  
Te nam, Diua potens, vidit inesse sono. 10  
Quàm facilis tunc, quàm dulcis turèla fuisti:  
Sat dixisse mihi, Virgo Maria, fuit.  
O quanto mea me Mater deuincis amore!  
Sic meus, vt crescunt munera, crescat amor:  
Æmulus esse quidẽ Matris constringor amantis: 15  
Vt me Mater amas, te quoque natus amem.  
Ah nimium cupio! natorum æquabit amores  
Nemo tuos: magis & pignore mater amat.  
Eccles. Quis tecum certet, quæ pulchri Mater amoris  
Diceris, & sanctæ diceris esse spei? 20

Tu tamen, ò mea spes, fac iam mihi crescat in horas

Ignæus: ille Deus, pulcher amorque tuus.

Et modò scire velim, cœli Regina, quid optes?

Cordi quidve potest gratius esse tuo?

Omnis pulchra quidem virtus est: attamen vna 25

Formâ, alias inter, nobiliore placet.

Hoc magis observat famuli officiosa voluntas,

Quæ plus grata suo munera præstet hero?

Ancilla in dominæ manibus sua lumina figit,

Vt motæ visâ seruiat arte manûs.

Psalms

30 122.

Anxius obsequijs ego sic melioribus opto,

Serui, mi Mater, munus obire tui.

Sic vultus quoque ego, fixo sic lumine nutus

Virgo tuos, roseas respiciamque manus.

Sic tibi quæ rutilat virtus, & charior extat,

Omnes illa mihi charior inter erit.

Phœbeos flos ille sequax se vertit ad ignes:

Quid vult, ni Phœbi semper ab igne regi.

In florem, Clytiæ, ò ego! nec sit fabula, vertar:

Nec minus ipse tuo, Sol meus, igne regar.

Eia, Parens, tibi sit labor explorare quid optes:

Tantum, quæ dederis, fas mihi iussa sequi.

His Puer attentas Matris Portellius aures

Monit; & hos hausit Matris ab ore sonos.

Aurea, mi fili, virtutes sibula pulchras

Nectit, & vna sibi pascit alius opem:

Iunctæ consistunt; labuntur scædere rupto:

Humanæ splendor mentis, honorque perit.

Græ

32 *Vita Dni Raymundi Nonnati,*

Grata mihi quæque est: iunctis sed quis neget vniis  
Formosum variâ pingere luce chorum? 50

Non foret Alcinoi, nec amænus Chloridis hortus,  
Copia si florum non ibi mista foret.

Gratior offertur capiti, vel tempora cingit,  
Multicolor pictâ texta corolla rosâ.

Non desunt cælo flores: ibi suaviter omnis 55  
Virtus in patrio floret oletque solo.

Te, Puer, his cæli de tempe floribus orna:  
Sertaque de cunctis cælica nocte tibi.

Lilia se tollunt hos inter candida flores;  
Puraque virginei signa pudôris habent: 60

Certè halant, & hiante mihi fragrantius ore,  
Quàm spirant animas florea turba suas.

Illâ fuere olim, Fili, mea maxima cura:  
Et mî idem remanet Virginitatis amor.

Ergo ut ego, & te inter candentia lilia pasce: 65  
Sic mihi, virgo manens, lilia grata dabis.

LEMMA XIV.

*Raymundus, postquam ex ore Virginis castitatem illâ  
magis inter alias virtutes cordi esse, didicit: perpetuæ  
votum Virginitatis coram Virgine nuncupavit,  
quo illi gratius deinceps  
inseueret.*

**L**ilia cœlestis dum Flora efflabat ab ore,  
Dumque sibi esse nimis lilia grata docet:

Audit, odoraturque Puer fragrantia verba,  
Illius & sensus vox beat vna duos.

Ergo mihi mores, ait, ò suauissima, castos  
Inspiras: mores, candida Virgo, tuos.

Quid casto de fonte tuo nisi lilia fundas?  
Sic dat diuitias aurea vena suas.

Sic nixeo fœcunda fluunt etiam vbera lacte:  
Sic dulces mittunt dulcia mella faui.

Quid nisi Phœbeo speremus lumen ab astro?  
A te noctiuagam, Cynthia pulchra, facem?

Et quid ego, Virgo, à te, cunctis clarior astris,  
Præter candores, lilia odora, tuos?

O Dilecta mihi, Elysio quæ pascaris horto,  
Liliaque inter ouans, lilia pura legis.

O fœlix ego, si illa legam, si ea pascar & inter!  
Huic ego sum, dices, ignis, & ille mihi.

Vna fides, & pectus idem, benè nectit amantes:  
Mutuus aduersum sic nihil optat amor.

Iam tecum pueros, Mater mea, colligo flores;  
His, qui non tecum colligit, ille iacit.

Me pulchra in castris iuuat æra merèere pudicis,  
Virgineosque sequi, te duce, Virgo, choros.

Sat si, sim quamuis tantos imbellis ad ausus,  
Te iuuat vt virtus, das mihi Mater opem.

Non ego pura tibi, quæ spondeo, fœdera rumpam:  
Proque iccto ipse tuas fœdere tango manus.

Dumque mihi aspirat vita, & soluatur in umbras,  
Mutuus alba inter lilia deget amor.

34 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*  
 Sic tibi me seruire iubes: nam corpore virtus,  
 E casto veniens, gratior illa micat;  
 Vt flos purpureus Pæstano fulget in horto,  
 Dum, non læsa æstu, prima iuuenta manet.  
 Nescio quid certè est: suaues in virgine mores, 15  
 Et quodam arrident ora nitôre magis.  
 Quælibet ore nitet virtus generosa venusto,  
 Moribus & cælo seruit, & astra petit.  
 Castus at ille pudor (meliùsve) illa integra virtus,  
 Nomen quæ fœlix integritâtis habet: 20  
 Virtutes splendôre nouo, quas afficit, ornat,  
 Virgineoque omnes ore nitère facit.

LEMMA XV:

*Virgo Maria Raymundo Nonnato Religionis, quam ipsa  
 sub titulo & præclaro redimendi munere reuelauerat, in-  
 gressum persuadet. Cui ille, præstò sum, Mater ac Do-  
 mina mea, inquit; sed timeo Patris mei iracundiam, quâ  
 id agrè laturus est. At Virgo ad illum, adi, ait, Comi-  
 tem de Cardona, & mea illi iussa refer, cuius inter-  
 ventu, ego omnia ad optatos deducam  
 exitus.*

**O** Matris curas nil non cœleste monentis!  
 Sola quidem, ò Virgo, tu sapis esse Parens;  
 Tu natos, volucrum veluti regina, tuêri  
 Diuini radios Solis, & ora iubes;



Paluere despecto, volitâre per ardua cœli,  
Et nidum Ætheriâ figere in arce sibi.

Scilicèt alloquijs Raymundum instruxerat almîs:  
Nunc vocat ad vitæ munera sacra piæ.

Est mihi Religio, Fili, & sat amabilis, inquit,  
Quæ nouè in orbe micat Nomine nota meo. 10

Hanc Ego, sidereo terris delapsa ab Olympo,  
Nata quòd in Cœlo est, Nuncia digna tuli.

Dedita gens illi tegumentis vititur albis,  
Quæ referunt vitæ limpida cæpta meæ.

Tùm genti in clypeo Crux emicat alba rubente, 15  
Pectoris, & niueæ nobile stemma togæ.

Huic captiua sacrum diuini est munus amoris,  
Christiadam Libyco tollere colla iugo.

Insuper illa meo sponder se tradere nutu  
Vinclis, ferre graues mancipijque vices; 20

Si cui haud tuta Fides, causâ hâc poscente, ferocem,  
Sospite captiuo, velle, patique necem.

Hos, Fili, sectâre viros, & Pneumatis almî  
Ignes: quòd Mater te vocat, eia, veni.

Te proli adde meæ socium: pete candida tecta: 25  
Tecta tuæ Matris non alièna petis.

Militiæque piæ nomen subscribe, meusque  
Incipe sub niueâ Filius esse togâ.

Munera sic fœlix redimendi ad diâ vocaris:  
Tolle crucem, pœnas Nati imitâre mei. 30

Hæc Virgo, cuius roseo pendebat ab ore,  
Auribus excipiens tam Sacra iussa Pueri;

36 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Lætitiamque sed ille, metumque effluuat inter  
Matris iussa videns displicitura patri.

Attamen aridens Diuæ, Matrique supernæ, 15

O quam magna tibi debeo, Mater, ait.

Quas ego nunc grates referam tibi ad alba vocanti  
Me tua, nec meritis atria digna meis.

Et quis ego albâ vt veste regar, cruce pectus; & almę  
Annumerer proli, militiæque piæ?

Sum licet indignus, quo me dignaris honore;  
Ingrato, Mater, non licet esse mihi.

Quis tuus esse cliens nolit? quis viuere testis,  
Nolit & in castris æra merere tuis?

Auspicio ipse tuo, fœlici & sidere, ducis 25  
Quò me, vt cerua celer, Virgo, lubentèr eo.

At tu, Diua, mei quàm sint inimica parentis  
Vota tuis, nosti: quamque inimica meis.

Dumque placere tibi studeo, patris ira tumescit,  
Et mea quassatur flante furore ratis: 30

Ipsa nec optatum poterit contingere portum,  
Impete fluctuagi pulsa repulsa sali.

Virgo faue, fluctusque rati compesce minantes:  
Nutu compones æquora mota tuo.

Sis Cynosûra mihi, geminataque sidera Ledæ: 35  
Quòque vocas, portus tutus adibo tuos.

Sic Puer orabat: Magnæ sed cura Parentis  
Conscia respondit: Pellito, Nate, metus.

Mater Ego commôta tui placabo Parentis  
Corda: nihil, præter quod volo, & ipse volet. 40

Tu prius Herodem agnato tibi sanguine iunctum,  
 Quanta modò de te sit mea cura, mone.  
 Ille statim (mea namque erit ad molimina velox)  
 Ad patris perget limina clara tui.  
 Et, quid Ego iubeam, pandet cadúcifer illi: 49  
 Qui dabit euictas ad mea iussa manus.  
 Dixit, & à Puerò tristes fugère timores:  
 Lætus & ille, vales omnia, Mater, ait.

## LEMMATA XVI.

*Raymundus Virgini paret, & que ab ipsa audierat, nar-  
 rat Comiti Cardonæ: qui statim ad Raymundi Patrem;  
 eius emolliturus duritiem, contendit. Ergo illi Virginis  
 voluntatem exponit, ad eamque amplectendam, illum,  
 etsi primò repugnantem, feliciter  
 adducit.*

**V**T Iephtæa choris excepta nata parentem      Iudic.  
 Læta: suæ (dolor heu) nescia Virgo necis:      c. 11.  
 Gaudens fida Puer sic Diuæ oracula Matris  
 Hauit: sed vitæ conscius ille nouæ.  
 Mittitur vtque celer neruo coniecta sagitta,  
 Et volat ad certum stridula missa scopum:  
 Sic ille, imperio Matris dimissus ab aruis,  
 Visus signatum carpere præpes iter.  
 Ergo gerens baculum, villosâ pelle & amictus;

Agnati ante oculos Principis ille fuit,      10

38 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Hæc & ait: fœlix nunc, & lectissimè Princeps,

Cui mandat curas Virgo Mariâ suas,

Illa tibi me mittit, & eius nuncius adsum;

Audi hæc dicta mihi Matris ab ore piæ,

Fili (me tanto dulcis dignatur honore

Nominis) ad mea, quò te voco, tecta veni.

Est mihi Religio, nitidis quam nuper ab astris

Ipsamet ad terras nuncia digna tuli,

Illa meæ, candore togæ, fœlicia vitæ

Cœpta canit, Phœbi lumine pulchra magis. 20

De me nomen habet, quo toto claret in orbe,

Atque Ego, quæ seruat, fœdera sacra dedi,

Hæc illi lex est: Libycis educere ab antris,

Vincula Christigenas quos violenta premunt;

Propter eos vinculis, diræ & se tradere morti;

Huc venit igniferi flammea meta Dei.

Hos igitur sectare viros, & Pneumatis almi

Ignes. Quò Mater te vocat, cia veni.

Nec Patris irato timeas è pectore fluctus;

Paciferæ ad fluctus Iridis instar ero. 30

Tum pacatum Heros tibi, me inspirate, propinquus

Ad mea mollito pectore iussa trahet.

Ergo meum, Domine, elegit te Virgo Patronum;

Et mihi, non nisi te subveniente, fauet.

Dixit; & amplectens Pastoris candida Princeps 35

Colla: fauet Virgo te mihi propter, ait.

Ibo, Puer, Magnæ sacra nec mandata morabor

Matris, quæque tuo sunt placitura patri.

Nec

Nec mora: iussa refert patri, placitumque Mariæ,  
 Altra cui parent, Spirituumque chori: 10  
 Cuius ad imperium totus se flectit olympus,  
 Pronaque se flectunt æquora, flectit humus,  
 Cui servire, labor non est, sed pura voluptas,  
 Pignora & arbitrio linquere chara suo.  
 Quò feret illa tuos nisi pulchra ad sidera natos? 45  
 Ah! patris hos perdit, sæpèque matris amor.  
 Diligis ipse tuum natum: hunc quoque diligit illa;  
 Quis melius? proprio cognitor ore puta.  
 Virginis est cœlestis amor: sua munera nato,  
 (Quanta vide) cœli donat opesque tuo; 50  
 At tuus est terrenus amor: donabit & illi  
 Arua, greges, curas: scilicèt, id quod habes.  
 Ad portum illa vocat religatâ puppe quiëtum:  
 Atria sunt Matris litora tuta piæ;  
 Tu iacis ad fluctus dubio sub remige puppim: 55  
 Quis turè humanas nauiget inter aquas?  
 Audijt Heròem discors primum ille monentem,  
 Et iussis vario texuit ore fugam.  
 At timet interdùm: Matrem videt esse Tonantis  
 Quæ iubet: & nato iussa favère suo. 60  
 Sanior hinc ipse, & sensu ad meliõra reuerfo,  
 Paruit: opositæ pœnituitque moræ.  
 Atque ait: ò Princeps, Matris cui credita Magnæ  
 Iussa, bonusque mihi nuncius illa refert:  
 Fas nato portum per me sit adsire sacratum,  
 Prospera quando illi Virginis aura fauet.



V I T Æ  
D I V I R A Y M U N D I  
N O N N A T I.

L I B E R S E C U N D U S.

C A P U T I. *De Religionis ingressu, & heroicis  
virtutibus, quibus in ea floruit Diuus Raymundus  
Nonnatus,*

L E M M A I.

*Raymundus Nonnatus valedicit Patri suo, iam per Vice-  
Comitem de Cardona pacato. Barcinonem proficiscitur,  
& ibi, in aula Regia, Religionis B. M. de Mercede,  
Redemptionis Captiuorum, à D. Petro Nolasco  
Fundatore habitum induitur.*

**C**Anto nunc Iuuenē, patrijs quē traxit ab aruis  
Balans ducentem Candida Virgo pecus.  
Traxerat vt patrio formosum Dauida ouili  
Regna Palæstinæ gentis ad alta Deus:  
Sic illum Virgo meliōra ad regna vocabat,  
Dum trahit ad portus, atria sacra, suos.

Ergo

Ergo ubi Raymundo Princeps responsa parentis  
Rettulit, & votis verba secunda suis:  
Ante patris gratus supplexque tui astitit ora,  
Alternumque sibi dixit vterque vale. 10  
Inde suos ad te direxit, Barcino clara,  
Gressus; at cœli clara favôre magis.  
O tibi quale decus cœlesti venit ab aulâ,  
Cum noctu fulsit te super alma Parens!  
Visere cumque tuos illa est dignata penates! 15  
Primum Nolasci limina parva pij,  
Regia post Mauros domitantis tecta Jacobi,  
Raymunde, inde tuos, vir venerande, lares:  
Principijs magnæ vt te Religionis honôret,  
Quæque tuo, vt redimat, iam micat orta solo. 20  
Hanc sibi Raymundus poscit, duce Virgine, lætus:  
Militiæque iugo subdere colla piæ.  
Tunc Nolascus erat, quem Virgo elegerat, Auctor,  
Et Pater, & dignus Religionis Atlas.  
En Iuuenis sterit ante illû: Pater optime, & inquit, 25  
Tu desiderijs fautor adesto meis.  
Me soboli adde tuæ niueâ sub chlamyde claræ:  
Sim natos inter pars minima ipse tuos.  
Et venio, fauor ô Matris! (vix credere possis,  
Nec video, indigno cur mihi danda fides.) 30  
Atria missus ad hæc cœlesti Virginis ore:  
Illa, meæ, dixit, filius esto domûs.  
De te ego quid nô, ô Pater, assequar, auspice Diuâ  
Spes est certa mihi; candida cantat auis:

42 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Sic Iuuenis demissa tenens sua lumina fatus; 35

Signabant mores ora modesta bonos.

Cui Nolasus ait: si à Virgine mitteris almâ;

Non est, ò Iuuenis, cur tua vota morer.

O te quanta mihi commendat Epistola! tali

Dignus Patronâ filius ecce venis. 40

Scilicet, vt perhibent, missi Nolasus alumni

Antea Virgineo conscius ore fuit.

Protinus ipse illum nullo censore probatum,

(Non equidem vlllo, quem Virgo probârat, eget.)

Nobilium herodâ Procerum præsentem coronâ, 45

Induit albenti Regis in æde togâ.

Tum Iuuenis flexo Nolasci poplite gratus,

Ore premitque manus, ore premitque pedes.

Inque interna suo fulsêrunt gaudia vultu,

Clarius infusâ vt Pallade flamma micat. 50

Quid si ille, optatum dum licuit tangere portum,

Florida det fœlix nauita ferta rati?

Quid si vestitus Matris candore Mariæ,

Veste etiam Matrem candidus ille refert?

LEMMA II.

Raymundus Nonnatus, in approbationis anno;

veteranus in omni virtutum genere

effulget miles.

Candida Raymūdus Mariæ intra castra receptus;

Cœpit militiam discere tyro nouam,

Ille



Ille tamen claris virtutum exercitus armis,  
 Auget ceu miles sacra trophæa vetus.  
 Qui Puer, & patrijs humilis qui Pastor in aruis,  
 Virgineæ magnus Matris amator erat.  
 Se nunc obsequijs præstat, modo dulcius ardet,  
 Virginis & gaudet filius esse palam.  
 Inque domo Matris fratrum sacer emulus existat,  
 Horum etiam, clarâ qui Pietate vigent.  
 Sic humiles inter fundo se collocat imò,  
 Quærit & abiecto vilior esse loco.  
 Hac virtute subit quis non securus ad astra?  
 Subsîdet pressa gloria vera gradu.  
 Ima tenens, virtutum illa est mirabile fulcrum:  
 Ac velut in fluctus anchora fida maris.  
 Hac virtute sacris àctus virtutibus ibat:  
 Crescebat nihili conscius ille sui,  
 Hinc sibi nil sapere, aut propriæ confidere menti;  
 Ductrix sola sui mens moderantis erat.  
 Spontè ibat cæcus, ferret quò iussio Patris:  
 Et graue inoffenso sic pede agebat opus.  
 Sic fugit & scyllæ syrtes, sic ora Charibdis,  
 Arbitrio acta tuo, dux Palinure, raris.  
 Imperio magnetis acus sic nautica blando  
 Protinus Arctoi fertur ad alta Poli;  
 Sic flos ille sequax, Phœbi succensus amore,  
 Ad nutus prono voluitur ore suos.  
 Cura sibi illæsum mentis seruare pudorem,  
 Alta fuit, Cyprias & remouère faces,

44 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Candida tam puræ referēbat lilia mentis

Vndique virgineo castus in ore decor.

Virginis os, habitumque gerens, mentēque pudicā,

Quid ni almæ Matris filius almus erat?

Membra fame, longâque siti, macerata gerebat: 39

Multa Pudicitia moribus esca nocet.

O quantum deuota farent ieiunia castis!

Extinguunt flammæ, Cypris iniqua, tuas.

Insuper horribili torquebat terga flagello,

Et feris circum membra reuinctâ feris. 40

Hinc erat oppressa illecebrosæ infania carnis,

Et motus animi turba inimica pij.

At velut intra urbem obsessus cum cingitur hostis,

Cum premiturque fame, cum premiturque siti:

Nil valet, obnitivè potest iam viribus æger; 45

Paxque obsessori tunc quasi parta datur:

Hostibus haud aliter mentis carnisque repressis,

Victor nulla animus bella timere potest.

Mens vitij purgata, Deum sibi quærere anhêlat;

Hunc amat, hunc præter, nil videt esse bonû. 50

Nempè Deo mundâ Raymundus mente vacabat:

Tantæ papilio lucis amator erat.

Hanc circum volitabat, & vrebatur amicè:

Et dabat illi alas Cœlitis ignis amor.



## LEMMA III.

*Vaticinium, quod de Raymundo Nonnato Beatus Serapion Martyr, qui fuit eius Magister in nouitiatu, edidit.*

**Q**uis fuerit dignus, caneret mea Musa, magister  
 Militis in Mariæ Religione noui:  
 Carmen ad incæptum si non properata volâret,  
 Carmine vel posset claudere facta breui.  
 Is fuit (hoc sat erit) pius, & cœlestia tractans: 5  
 Quisque Redemptoris munere Martyr ouat.  
 Hic Portelliacum direxit sidus, & almas  
 Cœlestis docuit Ordinis ire vias.  
 Discipuli ingenium nouit, moresque beatos,  
 Nec siluit vates ore futura sacro. 10  
 Hic, inquit, iuuenis redimendi munere clarus,  
 Effringet Mauri barbara claustra trucis.  
 Edûcet miseros spoliato carcere vinctos,  
 Ad Christi caulas restituetque gregem.  
 Vas quoque pro seruis, lætus remanebit & obses, 15  
 Si qua est, vel Fidei causa decora piæ.  
 Ille quid ad Mauras nisi Christum deferet aures  
 Esse Deum? & ligno nos redemisse crucis?  
 Hinc Mahometigenûm furor: hinc tormenta parâri  
 Sæua, nouum iuueni suppliciumque pio. 20  
 Supplicia at postquam pro Christi nomine dira  
 Hauserit, & Libycam sanguine tingat humum:  
 Non

46 *Vita Dini Raymundi Nonnati,*

Non ibi Martyr erit, capiet seu morte coronam:

O quam temporibus laurea digna suis!

Non etenim alta Dei iuveni sapientia donat 25

Inter dira mori; sed mala dira pati.

LEMMA IV.

*Raymundus Nonnatus, exacto probationis anno, Militarem Bente Mariae de Mercede Redemptionis captivorum ordinem profitetur.*

**V**T Sol aetherio fulgens spectatur Olympo:  
Astraque coram illo luce minore micant;

Vt plenum finit gyrans fulgoribus annum,

Per bis sena gradu lucida signa grati.

Sic nouus & miles Mariânâ fulsit in æde, 5

Vitæ; alios inter, luce micante piæ:

Sic rutilis duxit totum virtutibus annum,

Syncerique animi signa probata dedit.

Prodidit his etiam à purâ se Virgine missum,

Et Matris prolem Virginis esse bonam. 10

Ergo Virgineo purus flos audet in horto

Mittere suæ nimis lilia quidquid olent;

Tùm celer imperio Patris parère iubentis:

Velle, quod ille velit: scire, quod ille sapit;

Sic totus flagrare in rectis victima iussis, 15

Vivat ut imperio mortuus ipse sibi;

Spernere diuitias, auidè & quod mundus adorat:

Spontè sacram Christi pauperiemque sequi:

Finis

Fingere seque Deo, pro nobis paupere, dignum:

Cui casa, cui vestis, mensaque pauper erat; 20

Hæc super, igne vri, quo non feruentior alter

Ardet: Non stygij qui tenet ima lacus.

Ille nec, Ætneo qui sulphura pascit in antro,

E fundoque vomens sæuit in astra ferox.

Ille nec, accentus densum quem concipit aer, 25

Fulmen & in terras nube tonante iacit.

Quid si nec venit è cælo feruentior ignis?

Quippe hic cælesti solus ab orbe venit.

Hoc ergo igne vri, qui serui reddit amantem,

Vincula qui serui, cogit & antra pati: 30

Vt redimat seruum, propriæ nec parcere vitæ:

Sed sit amoris opus, meta suprema, mori.

Hæc Raymundi erat elatâ Professio voce:

Cordeque, vota suo nuncupat alma Deo.

Illi aderant sacri, Nolasco Præsule, fratres: 35

Infonnitque domus milite læta pio.



48 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

CAPUT II. *De Sanctis Raymundi Nonnati  
post Professionem occupationibus ac pijs  
desiderijs.*

LEMMA V.

*Sacra Theologiae studio & Diuinae Scripturae lectioni  
incumbebat Raymundus.*

**B**is duo Raymundus fœlicia iustra peregit,  
Cum cœpit cœlo Stella micare nouo.  
Sic Iuuenis nondum tractare negotia iussus,  
Nec sacrae ignitum Religionis opus:  
Excitus à Supero, qui ignaua exhorret, amore;  
Non elêgit iners otia vana sibi.  
Hinc abeant, qui, non Raymundi exempla secuti,  
Cum Puero Venerem tela gerente legunt: 10  
Quos etiam turpis delectat carmen amoris,  
Vates Pelignus quo vasa in Arte iocat;  
Sen quo lasciuos cantatur amica Catullo,  
Quoue suam speretis carmine Gallus amat.  
Si vatum licuit nonnullis dicere verè: 15  
Lasciuia est nobis pagina, vita proba est.  
Quis legat hos, qui sese iactant viuere honestè;  
Attamen ipsi alios viuere turpè docent?  
Longe erat à Musis Iuuenis Portellicus istis;  
De sacro Aoniae fonte bibebat aquas. 20

Divinas, vbi numen adest, euoluere chartas,  
 Hoc opus, hæc illi lectio dulcis erat:  
 Quæque arcana latent miro sub cortice sensa  
 Sugere mente, velut fugimus ore fauos.  
 Non tamen audebat propria se credere menti: 25  
 Heu quor in errores hæc mala causa trahit!  
 Quos Ecclesia habet Patres & Lumina adibat,  
 Veraque cum Patrum lumine sensa capit.  
 Sic ductus, quid Dia illi sapientia mandat?  
 Quidve vetat? nullo scitque probatque metu. 30  
 Quin tutos cælo dicit componere mores,  
 Et secura bonis præmia quanta manent.  
 Gaudet pollicitis æterno fœdere firmis,  
 Quæ fuso Iesu sanguine scripsit Amor.  
 Et legit, vt prosit: sacroque Fidelibus ore 35  
 Præmia donantis nuntiet alta Dei;  
 Terreat aut pœnis. Operum mensura suorum  
 Æqua manet iustis, & manet æqua malis.  
 Sic studuisse iuvat: perdis studium vtile vanus,  
 Si dici doctus, non bonus esse, cupis. 40  
 Nec sibi cura minor doctrinæ incumbere sacrae,  
 Qua, velut in spe nã, itaque videtque Deum:  
 Naturæque sacrae diuinos differit actus,  
 Et quæ ab inexhausto munera fonte fluunt.  
 Fœlici vt capret tot rerum culmina mente: 45  
 Ipse prius Numen supplice mente rogas.  
 Incipit a Domini terrore scientia fido;  
 Inflat, inãnisque est, absque timore Dei.

Plato.  
 1. Cor.  
 8.

## L E M M A VI.

*Raymundus Nonnatus, sacris ordinibus susceptis, Ecclesiastice & Confessarij munus, miro audientium & pœnitentium fructu, exercet.*

**I**Am facer, vt mos est, Raymundum euexerat ordo  
 Summa Sacerdotis munera ad vsque pij.  
 Tunc meditans celso quàm sit deuinctus honore  
 Diuinis aris, officijsque pijs:  
 Illud, quale Deus voluit donare talentum,  
 Non sterili, seruus ceu piger, abdit humo.  
 Sedulus ad mensam, latûrum lucra Datori,  
 Cum magno posuit fœnore grata Deo.  
 Ille ergo orator populis emissus Ibêris,  
 Quod suggestit ei Numen, adimplet opus. 10  
 Raymundi ingenti sonuerunt pulpita voce,  
 Vtque Pericleo feruida facta sono.  
 Christum, suffixumque cruci, quid ni insonat altè,  
 Doctorem nobis, & datum ad astra ducem?  
 In vitia, inque dolos, fallacis detonat orci: 15  
 Inque malâ captos ambitione viros;  
 Auri quot vesâna fames demersit Auernis;  
 Quot dedit infamis tordida corda Venus.  
 Nunc tempus lachrimis placandæ Iudicis iræ  
 Esse, nec ad veniam post remanere locum; 20  
 Sed diras scelerum pœnas, gemitumque, dolorêque,  
 Et iugi in stygio viuere morte lacu,

His



His animos pūngit, terrōre mouetque salūbrī,  
 Sumere eos vitæ tædia vera malæ.  
 Tūm pergīt pulchras virtūtum tollere formas 25  
 Miris Æthereum laudibus vsque Polum.  
 Nempē esse humanæ clarissima lumina vitæ,  
 Robur, & arma piæ dulce animæque decus.  
 His curæ esse hominum rectos componere mores,  
 Reddere conspicuos & probitate viros: 30  
 Ipsas progenitos cælo haud permittere vultus,  
 Nec sublime imā repere pectus humo.  
 Illæ co da virūm factis acquirere palmas  
 Fortibus, & cælo præmia digna, mouent:  
 Sertaque martyribus spreto tribuere tyranno. 35  
 Bella suo dum hilares gesta cruore notant.  
 His sine, nemo potest sublimia ad altra venire:  
 His sine, non cuiquam gloria vera datur.  
 Quisquis in his fidit, solidis innititur alis;  
 Icarus in stygias nec ruet ætus aquas. 40  
 His dictis animos mulcet: sermone mouetque  
 Blando: virtūtum serpit & intus amor.  
 Mouit vt Amphion lapides & saxa canendo,  
 Munijt & Thebas ædificante lyrā:  
 Dulcis vt Orpheus cýtharæ modulamine sylvas 45  
 Traxit, & attonitas ad sua pleetra feras:  
 Sic sacra Raymundi suadela leporque disertī  
 Allicit ad veras pectora mota vias.  
 Nec minus ille reis peccata fatentibus atra,  
 Apposita iudex atre benignus erat. 50

52 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

O quales grauidi exculsit de pectoris antro  
Hydras, quæ sceleris semina multa dabant!

O quot corda graui exciuit sopita veterno,  
Ac velut in morbo mortua facta suo!

Anglæ stabulum Alcides industrius amplum 55  
E veteri Alphæis stercore terfit aquis;

Ignem quoque, & clauâ, Lernæam contudit hydram,  
Et vicit varijs hortida monstra modis.

Raymundus lachrimis cogit dum plangere sanctis,  
Sic sordes animi fonte rigante lauat: 60

Cordibus accenso vitiosos igne colubros,  
Et sancti rutilo Flaminis ense necat.

Nulla erat aut animi febris, dirusve tumultus,  
Cui non aut Chiron, aut Epidaurus erat;

At tanto his melior, quanto cœlestibus herbis 65  
Plus valet, atque animis inde ministrat opem.

LEMMA VII.

*Fama sanctitatis & doctrine Raymundi Nonnati, spiri-  
tuali animarum vtilitati incumbentis, mirè apud  
Catalaunos populos elucet.*

Magna ministerio Raymundus commoda sacro  
Dum confert animis, dum populisque pius:

Dum vocat ipse Dei præco ad cœlestia mentes:  
Frigida dum supero corda calore fouet:

Quod ferat ardenti respundet pectore Numen? 5  
Et vis doctrinæ prodeat vnde suæ?

In morem Pauli meditatur, & instruit orbem:  
 Nil non diuinum cœlica lingua sonat.  
 Non vulgi vanâ fallentis vescitur aurâ:  
 Gloria non illum fluxa, nec vrget honos. 10  
 Sed iuuat, heu! multos aurato dicere fucos,  
 Et reboante loqui turgida verba sono.  
 His arguta placent diuo sine numine sensa,  
 Et proprias vulgo tradere phantasias.  
 Hæc magno excipiunt clamorâ theatra fauore, 15  
 Est quibus hoc gratum: Quidquid in aure probant.  
 Heu labor indignus, nulloque loquentia fructu  
 Profectura animis: displicitura Deo!  
 Tu, Raymunde, Fidem exponis sermonibus almam  
 Simplicibus: profint vt documenta pijs. 20  
 Sic rudis ad captum descendis, vt utilis vltimos  
 Non tantum imber, sed gramina parua rigat.  
 Eloquijque tui rorem omnis combibit auris:  
 Cum puero, indocilis fœmina, virque sagax.  
 Omnibus vt prodes, sic te mirantur & omnes: 25  
 Fœlicique probant te sibi sorte datum.  
 Ergo Fauentinas excurrens fama per vrbes,  
 Splendida Raymundi nomen ad astra vehit.  
 Herôque viri lituo præconia magni,  
 Cœlestesque animi cantat & oris opes. 30  
 Nempè humanâ in eo maior prudentia fulget,  
 Candidus & vitæ spiritus ille piæ.  
 Non terrena est, quâ pollet, facundia linguæ:  
 In verbis sanctum nil nisi Nomen inest.

54 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Eloquioque potēs, quasi blādīs, Herculis instar, 38  
Vinculis apprenfos allicit aure viros.

Mercuriusque sacer, dubio ne tramite tendant,  
Sideream, vt digito, sic docet ore viam.

Quos non consilio, monitisque salubribus, alti  
Fluctibus immerfos extrahit ille maris? 40

Dulce quidem est omnis curæ casûsque leuamen;  
Sic multa expertâ corda salute canunt.

Hoc ierat iam fama celer clamorē per vrbes:

Motaque sūnt læto littora Ibêra sono;

Tūm venēre viri varijs affectibus ægri, 48  
Ora quibus medici cura vidēre sui,

Pescere opemque fuit. Pietas sed prodiga virtus

Nil negat, vt miseris profit, opemque ferat,

Ora vident læti; quibus ille medētur & ore

Dulciloquo, atquē animis pulsa procella fugit, 50

Virtus laude viros, dignoque exaltat honore,

Et mage qui miseris commoda grata ferunt.

Inde omnes celebrant Raymundum laudibus, atque

Sanctus, & vnisono dicitur ore pius,

Notior in populis effulget nomine Sancti: 58

Et sanctum pueri, fœmina, virque vocant.

O fœlix! pia cui virtus, cum moribus almis,

A se deductum nomen habēre dedit,

Ille, et si Iuuenis, sanctusque est, sanctus & audit;

Sancta sibi, atque alijs, esse iuuenta potest; 60

Et proferre Deo, viridis cum germinat ætas,

Vitæ primitias, poma decora, sacras.

At miseri, iuvenesque mali, heu! exempla Cæni  
Sordida, non iusti candida Abælis, amant.

## LEMMA VIII.

*Raymundus Nonnatus desiderio redimendi, & inter Bar-  
baros pro Christo patiendi, flagrat.*

**N**unc cano, quo Diuus flagrat Raymundus amore,  
Pectoris & quæ sit certa cupido sui.  
Nullus enim esse potest, vacuus qui viuat amore:  
Qui nihil & cupiat, nullus enim esse potest.  
Humanas vrit flamma ambiçiosa medullas, S  
Et desiderijs pascitur illa vagis.  
Nunc exoptat opes: nunc aurea regna & honores:  
Nunc epulas: Cypriâ nuncque flagrare face:  
Nunc vestita rosis gressu iuuat ire per arua:  
Nunc cane, equoue, feras per iuga celsa sequi. 10  
Quid moror? hoc amat, instabilis nunc odit & ipsum:  
Nexa Ixionæ voluitur utque rotæ.  
Sed non sic Raymundus amat; nec versat in illâ  
Tam malè sollicitum dira cupido rotâ.  
Noxia non sequitur naturæ femina prauæ; 15  
Cœlitus igne calet, cœlitus igne cupit.  
Scilicet ille inopes Libyco de carcere seruos  
Soluere se voto strinxerat ante sacro.  
Iam tunc concepto redimendi exæstuat igne,  
Cordeque dilatas fert patiente moras, 20

§6 Vita Diui Raymundi Nonnati,

Hinc avidus succrescit amor: maiorque cupitæ

Flamma rei: pectus spesque retenta premit.

Ergo cupit miseros Raymundus solvere captos:

Vinctaque mancipij dira subire cupit.

Antra cupit, vas & fieri: nodatus & obles

Tergora feruili verberare secta cupit.

Et pro libertate cupit se vendere serui:

Sors petat, oblatâ torte cupitque mori.

O sacra ambitio, fœlix Iuuenisque cupido!

Non quod amant homines, sed cupit ille pati, 30

Et cupit ulterius, Lybicas si appellit ad oras,

Fors si tanta sibi sæpè petita datur:

Prodere, cui credunt, falsi deliria vatis,

Quantaque nugator turpia fundat Arabs.

Tum, Christû esse Deû, populis ostendere cœcis, 35

Quo secûra patet semita ad astra duce:

Figere pectoribus mundi vexilla redempti

Sacra, salutifero rubra cruore Dei:

Barbara sic inferre Deum intra mœnia Christum,

Victicemque altâ ponere in arce crucem. 40

At diros Fidei si non emolliat hostes,

Dogmata nec miseri noscere vera volunt:

Dulce sibi fore, se pro Christo tradere morti,

Seu tortor flammæ, mille cruceve paret.

Torreat aut me, ait, inclusû boue; sic ego Christo 45

Bos ero, dum duplici victima voce boo.

(S)(X)(S)\*\*\* (S)(X)(S)

CAPUT III. De Raymundo Nonnato ad redimendos captiuos emisso.

## LEMMA IX.

Diuus Petrus Nolascus Raymundum Nonnatum in redimendi munere Serapionis socium, Algeriam mittit. Disputat ibi cum Iudæis, & multos ad Fidem conuertit.

Nolasci Pietas, redimendi & maxima cura,  
 Tanto operi lectos conspicit ante viros.  
 Raymundi hinc venit votis occasio sanctis  
 Apta; auido quamuis sat sibi lenta fuit,  
 Namque videns Pater in miseros illius amorem:  
 Quam sit & eloquio consilioque valens;  
 Algerium iubet ire: sui comitemque magistri  
 Esse, Redemptoris munia ad alta noui.  
 Quam fuit, ò! dulcis Nonnato iussio Patris,  
 Quam patulâ optatos hausit in aure sonos!  
 Non illi cithara Orphei tam blanda sonâret,  
 Aut raperent sensus fila canôra suos;  
 Nec tantâ Agricola expectatos colligit anni  
 Lætitiâ fructus, quos sibi reddit ager:  
 Quantâ cum spes ille suas non vidit inanes;  
 Fœnora sed cordis ferre cupita sui.  
 Tùm grates Patri tanto pro munere soluit  
 Stratus humi, & plantis oscula prona dedit.

§ 8 *Vita Dini Raymundi Nonnati,*  
 Nonnati quid ego referam atque alterna Serâpi  
 Gaudia, & amplexu colla ligata pio? 20  
 Ipsi fœlici gaudebant sorte vicissim:  
 Sors illis poterat grata nec esse magis.  
 Iunxit discipulum sors fida & blanda magistro:  
 Doctorem iunxit discipuloque suum.  
 Alterius mores animumque colebat & alter: 25  
 Quisque humili est alio simplicitate minor.  
 Etsi ambo virtûte pares: superâre magistrum,  
 Discipulo cuiquam si datur, iste potest.  
 Mira nitêbat enim iuuenis prudentia: mirum  
 Consilium: donis cor locuplesque pijs. 30  
 Hic qui tantus erat, seniôris iussa Serâpi,  
 Vix audita, celer fulminis instar agit.  
 Ipse tamen senior sic pendet ab ore clientis,  
 Ceu Helicem sequitur Graia carina ducem.  
 Sic nectebat amor concordia pectora Dius, 35  
 Inter se Atrides ceu Pyladesque forent.  
 Ergo abeunt, illis Nolasco hæc fausta precante:  
 Adsit Stella Maris, Virgo Maria, rati:  
 Aspiret faciles inimica per æquora ventos.  
 Tuta emptis redeat pupis onusta viris, 40  
 It nauis precibus tanti suffulta Parentis:  
 Aurâ flante tument vela secunda leui.  
 Ut ratis Algerij male fida ad littora venit,  
 Dant Nolascigenæ carmina grata Deo.  
 Illâque egressi tendunt ad recta tyranni, 45  
 Cui causam aduentûs exposuêre sui.

Nec



Nec mora, dulce sibi clausis venisse leuamen  
Seruis, fama refert dira per antra celer.  
Ad famæ sonitum lætæ insonuère cauernæ:  
Et venisse, Echo, dulce leuamen, ait. 50  
Tunc captiuorum exultantia corda vidêres:  
Atque inopum memorem concinere ore Deum.  
Sacra Redemptorum Pietas nec defuit illis:  
Mota catenarum venit ad antra sono.  
Coram illis veræ creuêrunt gaudia famæ, 55  
Clarior vt rutilat sole patente dies.  
Gaudia quin lato profusa è corde fluebant,  
Vt multis auctus funditur Ister aquis.  
Lætitiæ nec erat modus, implent plausibus auras:  
Pes, manus, ad numerû ferrea vincla mouent. 60  
Quis ferro vinctos credat duxisse chorêas?  
Æratis hilares compedibusque sonos?  
Quid si libertâtis erat spes proxima charæ?  
Si, qui il is demit vincla, redemptor adest?  
Ergo Redemptôrum aspectu gaudêtibus, inquit 65  
Raymundus: Numen vos celebrâte pium.  
Vobis mittit opem, vestri memor, ille Redemptor,  
Qui vos amissas ante redemit oues;  
Quique sui pretio nos emit sanguinis omnes;  
Nec fatis est illi vos reparasse semel. 70  
Quàm bonus es, Domine, aiat nunc fiducia vestra,  
Qui miseris aliam nunc quoque mittis opem!  
Dixit, & vnâ omnes: O quam, Domine, es bonus, aiunt;  
Qui miseris aliam nunc quoque mittis opem!

60 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Tandē sit: expectate parū, estis dū ære redempti: 77

Tunc soluent vestras æra soluta manus.

Protinus ad dominos currunt, qui nempè sub hasta

Incipiunt seruos pluris habere suos.

Quos modò tractarant male, res pretiosa putantur:

Et minimi vendi sat scelus esse graue. 80

Grandis honor seruis, si Mauri fœda cupido

Turpitèr hos odit: turpitèr hos & amat.

Sordidus ille lucrum seruis non quærit honoris;

Sed sibi quærit opum sordidus ille lucrum.

Ecquis auaritiæ ingenium ferat? Vtile tantum 81

Parca videt; si deest vtile: cæca furit.

Emptio fit tandem: dominis soluuntur auaris

Æra: fero seruis collaque pressa iugo.

Tum quoque grata Deo soluèrunt ora redempti,

Mistaque multiplici laude canôra sonant. 90

Quisque suas fido expromèbat pectore laudes:

Quisque Deum linguâ, gutture, corde, colit.

Laude Redemptores etiam celebrantur amicâ:

Auxilium ò miseris, vna salusque mali!

Virginis ò nati! pia vos verè edidit orbi, 95

Fundatâ in captos Religione vïros.

Interea sacra Raymundi non cura quiescit:

Ad Fidei ducit pectora cæca iubar.

Iudæos, genus Ifacidum, gentemque rebellem,

Nec meritâ in Christum credulitate piam, 100

Arguit, & quantâ obuèlent caligine mentes,

Perfidia præ oculis nube manente suis.

- Obtexit Moyses nixidos velamine vultus:  
 Offendebat enim lumina vestra nitor.
- Nec Christū modò fulgentē spectāre potestis, 105  
 Qui lux est summi lumine nata Patris.
- Odit, qui malè agit, lucem: fur odit & illam:  
 Inuisa est oculis nec minùs illa malis. Ioan. 3.
- Vos estis Christo fures Deitatis iniqui:  
 Vobis lux odio est Numinis alma sui. 110
- Vos inuisa oculis sceleris lux arguit ipsa:  
 De vestro lumen crimine testis adest.
- Obscūrans oculos velamen rumpite vestros:  
 Aspiciete & claram iam sine nube diem.
- Exemplum vobis Solymorum sumite templi: 115  
 Noluit à velo, Christo obeunte, tegi. Marth. 27.
- Hoc scisso, alta patent Christi mysteria missi:  
 Christus Mysta patet, victima, & ara simul.
- Lex vestra impletis patet antiquata figuris:  
 Lumen adest, radijs pellitur vmbra suis. 120
- Quis vos excuset, qui iam cœcutitis vltre?  
 Quos malè adhuc stolidos litera lecta necat?
- In Chartis est vita factis, quam Pneuma supernum,  
 Non mera distribuit litera, Paulus ait. 1. Cor. c. 3.
- Semper Spiritui sed vos obsistitis almo 125  
 (Martyr ait primus) munificoque Deo. Act. 7.
- Quid narrem quoties infanda idôla secuti,  
 Versa Deo vestri terga dedere patres?
- Iordānis vidēre manu miracula potenti  
 Facta Dei: his ysis, spernitur ille tamen. 130  
 Patri-

62 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Patribus ex his peiôres venêre nepôtes:  
Sancta Dei his placuit figere membra cruci.  
Heu miteri! lignum Christo crudele parastis;  
Ille suo vobis sanguine dulce facit.  
Dulce facit, cordis si insana protervia cessat: 135  
Saluantem in cruce si creditis esse Deum.  
Sic illos rigidâ Raymundus voce monêbat,  
Terruit & insolito pectora multa metu.  
Non erat in verbis fucus, nec comptus ad aures  
Sermo; sed supero flamine plenus erat. 140  
Majorum ante ocnlos posuit delicta suorum:  
Et sua quam patrum sæua fuisse magis.  
Se peccasse vident, discussis corde tenebris:  
Pœnitet & Christi non tenuisse Fidem.  
Et grati cantât: Animis, Raymûde, Redemptor 145  
Venisti nostris cœlitùs ipse datus.  
Nos de morte rapis, laqueisque exoluis Auernis,  
Reddis & ad vitæ lumina vera piæ.  
Carcere iam rupto læti venêre redempti  
Ante Redemptores, libera turba, suos: 150  
Laudibus & partâ pro libertâte peractis,  
Quas seruatôri persolûère Deo;  
Inde rates adeunt, & Mauto littore soluunt,  
Fit plausus: Nereus, Nereidesque sonant.  
Tela Notus mare per placidû fert vela secûdus: 155  
Fausstoque æquorea est sidere facta via.



LEMMA X.

Raymundus Nominatus Primus Procurator Generalis à  
D. Petro Nolasco Romam, ad per tractanda sui  
Ordinis negotia, mittitur.

**I**T per vtrumque Polum Phœbus: nitidasque fatigas,  
Motibus alternis, irrequietus obit.

Hunc ad magna Opifex produxit munera summus,  
Lumine miro implens, resque fouente satas.

Sic quoque Raymundus, Phœbei luminis instar, 5  
Per mare, per terras, itque reditque vigil:

Multarumque capax rerum, bona ad omnia natus,  
Ad quæcumque sagax munera pectus habet.

Attulerat Libyco seruos ex hoste receptos,  
Et postquam ad proprios iusserat ire lares: 10

Tunc illi instat iter, Latiasque inuisere terras:  
Protinus Ausonias instat adire plagas.

A Patre Romuleam quippe ire iubetur ad urbem,  
Causas tutor vbi Religionis agat:

Si quæ vel fuerint enâta negotia, curet: 15  
Ordinis ipse pium sit columenque noui.

Quid non magni operis Nolasco crederet illi,  
Qui cœleste humeris ferret Atlantis onus?

Ergo Patris influ, primus qui venerit urbem,  
Primus & istius muneris, ille fuit. 20

Vtque vicum inspexit, venerata est Curia sanctum,  
Plebsque Quirinalis, purpureique Patres.

64 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

In verbis probitas, fulsitque modestia vultus:  
Virtutesque animi nec latuere sui.

Illo Gregorius regnabat tempore Nonus, 25  
Orbis Romuleâ summus in arce Pater;

Cuius ad aspectum Raymundus poplite flexo,  
Ritè pedi fixit subdita labra sacro.

Lætatus Pater est sobolem vidisse Mariæ,  
Quam lapsa Ætherio legerat ipsa Polo: 30

Candoremque habitus, rubrûque in pectore scutû,  
In quo insigne sacræ crux micat alba togæ:

Militiæque genus miseris peramabile captis:  
Virginis inuentum, dulceque Matris opus.

His demum accensus Nonnatam, Patris amore, 35  
Incipit officijs pascere largus ouem.

Tunc Peñafort Romæ aderat venerabilis, alter  
Nomine Raymundus, clarus & alter auis:

Illeque iam Catuli sacra sub vexilla merèbat,  
Quem sua ferre Parens somniat ore facem. 40

A Primo fuerat nam missus Rege Iacobo,  
Pro nostrâ orator Religione sacer

Regis enim tanti auxilijs incæperat almus  
Ordo Redemptorum, Virginis ordo piæ.

Ille tamen sacro nondum diplomate Papæ,  
Præscriptone modo, rite probatus erat. 45

Confirmari ergo, sanctumque ratumque manere,  
Rex rogat, emisso iam faciale suo.

Legati precibus Sanctissimus annuit, albas  
De grege Virgineo Pastor & egit oues. 50  
Hic

Hic ego certa cano, quæ sunt incerta, relinquo:

Musa nec historiæ litibus apta mea est.

Certant Scriptores: variat modò computus annos;

Nunc de legato quæstio magna venit.

Nulli certa fides. Alij diplôma rogantis

Nonnati certant obtinuisse preces;

Peñafort alij; dirimunt alijque duellum

Auctorum: inter eos vix neque pugna manet.

Nempè vtrumque docent egisse negotia Bullæ

Raymundû, & precibus quemque tulisse suis. 60

Noster enim causam proprij Raymundus agebat

Ordinis; ergò suâ iure fouebat ope.

Illum etiam pretio in magno Romanus habebat

Pastor, & ostro ardens curia sacra Patrum:

Vnde illos precibus magis ad sua vota moueret; 65

Pectora maiestas flectit, honorque viri.

Tùm Peñafort fulgebatur non luce minôre,

Addebatque vices Regis habere sui.

Sic ab utroque datæ fuit impetratio Bullæ.

Hæc meminisse sat est, nec meliora queo. 70

Cætera, cum placeat, Clarius diuinet Apollo:

Non ego, si vates, vaticinator ero.



## LEMMATA XI.

*Raymundus Nonnatus, expleto Procuratoris Generalis munere, Roma egressus, Barcinonem rectè proficiscitur. Hinc redimendi causa Algerium missus, pro captiuis se piguori dat. Dum expectat suæ pretium fideiusionis. Christum libere prædicat, Iudeos aliquos ad ipsum conuertit, multaque pro eius nomine supplicia patitur.*

**V**enerat expleto Raymundus munere ab vrbe,  
 Quæ septem cliuis eminet alta suis:  
 Et reducem excè. it cum læto Barcino plausu,  
 Nolascusque Patens, candida stirpsque simul;  
 At memor illorù, quos Barbara torquet in antris  
 Sæuitia, & lacerat verberare terga fero:  
 Absque morâ, tactus cœlesti penniger igne  
 Aduolat, & miseris præpete mulcet ope.  
 Incertum, Libyes quam diræ inuiserit urbem?  
 An Tunetis, tetros Algerijve specus?  
 Anne urbem Augusto sortitam à Cæsare nomen,  
 Nomen Iól cui olim dum stetit aula Iuba.  
 Ex his, quæcumque illa fuit, crudele theatrum  
 Raymundi pœnis supplicijsque fuit.  
 Pures, quàm potuit nummis, ille ergo redêmit; 15  
 Nam sibi inexhaustas norat amoris opes.  
 Fecit in arâ quoque Relligiõne coactus:  
 Militiæ faceret quid nisi iussa sacra?



Vidit enim diris seruos cruciatibus actos,

Pollicitam Christo pœne negare Fidem.

Heu dolor! heu rabies dominorum! heu ira feruall

Heu tentas fide trudere corde Deum!

Hinc non soluendis erat æqua pecunia seruis,

Hinc & Raymundi fortiùs arsit amor.

Est mihi magnus, ait, pro serpis centus amoris:

Me, Mahometigenæ, prendite: pignus ero.

Seruus ero vester, seu me mauultis in antris

Occlusum oblcuris multa catena grauet:

Vilia mancipij seu exercere solatum

Officia: vt libeat, do mea colla iugo.

Interea seruos (nec erit mora longa) redemptos

Fidite consorti, dum redit ære, meo.

Grata fuit, generi implacido, conuentio Mauris:

Multùm Raymundo sed mage grata fuit.

Ergo vades mansit, tristis doluitque sodalis,

Se comitis sortem non meruisse sui.

Cui charos lachrimis amplexus inter obortis,

Dum sedeo, dixit, dulcis amice, vale.

Flensque Redemptori, seruorum vincla ferenti,

Grata vale fecit turba redempta suo.

Ad naues lætâ sed libertate potiti

Tendunt, & resonâ littora voce replent:

Vela ferunt puppes ventis commissa secundis:

Et Libycæ celerem dant procul hoste fugam.

En Pietas Raymundi hostes generosior inter,

Cœlicus ille sui cordis & ardet amor.

68. *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Non Mauros timet, aut quos ructat perfida Idume?

Dira per hos quærat spicula, cogit amor.

Ergo vbi nata venit lucendi occasio cæcis;

Ne fugiat, volucres arripit ille comas. 50

Dicite, Iudæi, vos cæco errore quousque

Duci, despecto lumine, vultis, ait?

Non Aftos adeò miror; non Christus in oris

Est Numidis natus, nec sua Virgo Parens;

At vobis vestri ambo fati de semine Abrâmi, 55

Ambo Dauidici lumina clara throni.

Et venisse Deum terris in Virginis aluo,

Vt foret ille salus publica, factus homo:

In testes veniunt series sanctissima Vatum,

Et Testamenti turba sacrata noui: 60

Cumque nouo vetus in sensum coniurat eundem:

Fatidicoque Deus noscitur ore loqui.

Angelus aut canit, aut Vates, vel Apostolus: vno

Commoniti prodant Numine Numen idem.

Quæ vobis mentem immânis dementia tollit, 65

Vestraque Cimmeriâ lumina nocte tegit?

Nàm postquam sacrorum implettis carmina Vatû,

Per scelus, heù miseri! grande, odiumque ferox:

Christum in carne Deum dum ligno figitis alto,

Probraque dum pœnis additis atra Crucis: 70

Nescio quem sperâtis adhuc; Fortasse Mesiam,

Qui miros stygiâ fabricat arte dolos:

Peccati qui dictus homo: qui filius atræ

Perditionis erit: nomina fausta sibi.

2. Thef.  
2.

Hic

Hic tamen, hic vobis cum perditione placebit: 75

Huic dabitis ficto spemque fidemque Deo.

Improbis audebit certum te fingere numen,

Dijinoque peret thuris honore coli.

Immâni hoc monstrum turmæ conferte gigantum;

Ausæ olim superâ pellere ab arce Iouem; 80

Illaque in hoc solo non falsa est fabula monstro:

Hoc magis Encelado corda superba geret.

Quidquid erit sanctum tollet, tēplumque verendū,

In quo Maieftas vnica culta sedet:

Hic Gogus tumido ascendens altaria fastu 85

Sacra, ibi se celsum proferet esse Deum.

Fidite in hoc, vitio qui erit Antichristus in omni:

Non humilis, nec inops, nec venietque pius.

Sic missum vobis Regem spreuistis & Agnum;

Ingrati, heu! dirum suscipiētis herum 90

Sed quem spreuistis quasi ouem, mihi credite, mitē:

Adueniet Iudex nube tonante sedens.

Ah dura in vestrum quot mittet fulmina regem!

Et decepta suo cum duce turba ruet.

At modò, si vobis placidum sperare velitis. 95

Corda Redemptori reddite fida Deo.

Perdere oues non vult, pretio quas sanguinis emit:

Et pius hâc causâ sustulit ille crucem.

Vos etiam Mahometigenæ properate ad ouile,

Christus vbi vitæ Pascua Pastor habet.

Inuia quid premitis falsi vestigia vatis? 100

Ad styga vos ducunt, præcipientesque ferunt.

70 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Sic ille ad Christum fido sermone vocabatur

Iudaicas gentes, Lunigerumque genus.

Sed sacer heu Præco paucorum pectora mouit:

Nam Iudæa decem: Turcica nempe duo.

Non his plura ferunt: Seges aut vberissima pœnæ

Raymundo ex verbi semine nata fuit.

Sæuit Turca ferox: audax inclamat Apella:

Aggerat horrendas vtraque turba minas.

Stulta dolet raptos ad vitam è morte sodales;

Et seruatori vincla necemque parant.

At bona auarities animos frænauit & iras;

Raymundi vidit morte perire lucrum.

Pignus erat: dominis gratum nec perdere pignus.

Quid fiet? crimen, sed sine morte, luat.

Nec mora, sæua manus Mauri succinta flagello,

Dissecat innocui tergora nuda viri.

Tecta solet quatere ut crepitanti grandine nimbus,

Cum furit immittis horridus Austere aquis:

Haud aliter probra dira sonât confusa flagellis;

Verbere cum verbis osque manusque furit.

Victrix Raymundi interea patientia gaudet,

Maurica pro Christi nomine flagra pati.



## LEMM A XII.

Maiori post verbera & probra Raymundus Charitatis  
 accensus flamma, Barbaris Christum predicat. Mahu-  
 metani vero vehementius irati, præclaram in frequenti  
 theatro Euangelij tubam, varijs prius affectam sup-  
 plicijs, demùm labijs eius perforatis, ne  
 Christum resonet, sera ferrea  
 occludunt.

Clausum in corde flex igne ferro explicat ictus,  
 Aera per liquidum pulsa fauilla micat;  
 Quo magis & quatitur, dura & percussio sæuit;  
 Hoc magis scintillis fulgurat ille suis.  
 In morem silicis Raymundus verbete quassus,  
 Intus quàm supero ferneat igne, patet.  
 Verbera crebra sonant, & fortior emicat ignis:  
 Viuidior pœnâ flamma frequente vigeribus.  
 Ardens ergo magis diuino pectus amore,  
 Ferre salutarem rursus anhelat opem. 10  
 Rursus, præco datus de cælo gentibus Afris,  
 Illas ad Christi castra benigna vocat.  
 Quid vobis, ò chara mihi Maurusia plebes,  
 Optem? nil, ait, est nil nisi vestra salus.  
 Ignoratis enim ad cælum qua semita ducat,  
 Qua sub lege, sacro quoque terenda duce.  
 Credite, solus adest cœlestis semita Christus:  
 Lex eius lapsos non sinit ire pedes.

72 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Duxque suo Christus perfundit lumine mentes:

Hoc duce, & hac cœli luce, quis erret iter?

Hic meus est labor, & mihi non impunè, supernæ

Authorem vitæ concelebrâre pium: 20

Vobis hunc monstrâre ducem, sua iura, viasque,

Atque salutiferæ sub crucis esse iugo;

Et Ditem fugere, & Venerem, vitiumque, dolūque,

Et quidquid stygij fulminat ira lacus.

Quod profit vobis ad vitam ego curo perennè: 25

Hoc cupio; vestras numquid auarus opes?

Annon vidistis quot sæua flagella recêpi,

Curæ pro vobis dulcia lucra mea?

Corporis hancque mei dubito nec perdere vitam,

Dummodo vestra animæ sit mihi vita lucro. 30

Sed truci adhuc causam repeto quâ verberè cæssus:

Nec mihi sat pœnam sic meruisse semel.

O si vos rigidis Christo cruciatibus edam;

Gaudia certa mihi parturientis erunt.

Sic ille in verbis sanctum spirabat amorem, 35

Nec paucos illo molliit igne viros.

Vera Dei tuba erat, Christi que imitator, amarâ 40

In cruce seductas nos redimentis oves.

Hunc, aiunt, fidum cognoscimus esse ministrum

Christi; non sua, sed commoda nostra cupit.

Ille suâ nobis districtos morte per enses,

Vitam animæ rarâ quærit amicus ope. 45

Non se pluris amat, quam nos; incredulus illi

Vitam animæ nihili iam facit ergo suæ.

Dux

E

Hæc

Hæc, aiunt, spretâ Mahometi lege nefandi;  
 Raymundusque sacro flumine lauit eos.  
 Fit rumor, strepitusque: tonatque vlulatibus altis 50  
 Regia Celimi sanguinolenta feri.  
 En (ait) ille, nefas cui grande pepercimus, audet,  
 Ut canis ad vomitum, rursus adire nefas.  
 Impius audaci nostri sermone propheta  
 Irridet mores, & bona scita premit. 55  
 Illum hominem, funesta crucis quem sustulit arbor  
 Prædicat, & pleno nominat ore Deum.  
 Sic Mahometicolæ crucifixo Numine fallit:  
 Deserit & vatem nescia turba suum.  
 Quis ferat hæc? It Relligio Mahometica pessum: 60  
 Estque cruci affixo pœnè subacta pede.  
 Quin deceptorem ligno suspendimus alto?  
 Atque sui similem prodimus esse Dei?  
 Barbara sic gens, Baccheo sic aula furore  
 Tota fremit, Regis nec tenet ira modum. 65  
 Ite, hominem rapite: intortis & funibus, inquit,  
 Ad nuda inuerfas stringite terga manus.  
 Tiphone in vestras crudeli armata flagello  
 Dira manus, Erebi cumque cohorte, ruat.  
 Per fora ferte illum, sæuis & tundite flagris; 70  
 Post, longam addetis, sed sine morte, necem.  
 Suggestit ira modum ingeniosa, nec arte Perilli  
 Inuentom, Phalaris nec neget esse nouum,  
 Ore bouis, quo clausus erat, mugire coëgit.  
 Ille reum: at tostum depique in ære mori. 75

74 *Vita Divi Raymundi Nonnati,*

Nolo impostoris fanus: fera ferrea claudat

Os rabidum, folsis parte ab utrâque labris.

Ad pœnam vivat: verbis moriatur in ore:

Torqueat hunc hostem vitæque morsque simul.

Sic nos immanes in vatem vlciscimur ausus: 80

Et secuta mali pignoris æra manent.

Dixit, & ire gradu tunc præcipitante vidères

Vltricem turbam, carnificesque feros.

Ceu venatores ducunt in retia ceruum,

Aut leporem insequitur vis rabiola canum: 85

Sic Mauri rapiunt, Christi nudantque ministrum

Vestibus, & vinclis membra pudica grauant:

Hæc & dilacerant crebro pulsata flagello.

Per fora fit latus plebe iocante fragor.

Insultare viro, probrisque lacessere fœdis, 90

Barbara sanguineæ gaudia plebis erant.

Ventum est ad circum, Furiarum infâme theatrum:

A populi strepitu confremuitque locus.

Alta ibi surgebant fulcris tabulâta salignis,

Vnde oculis posset scena eruenta dari. 95

Ergo illuc tortor, rabidæ socijque Megæra,

Cum miti scandant: Martyre, turba ferox.

Ad palum hi corpus, loris hi tempora cingunt

Duris; hæc capiti florea serra dabant.

Sparsa iacentque solo trucidis instrumeta doloris: 100

Flagra, tudes, terebræ, ferreus oris obex.

Impius en terebras assumpsit tortor acutas,

Nuncque imam terebrat, nunc superûque labrû.

Non



Non mora longa fuit; sed acerbo pœna dolori,  
Oris & officio nœxia, longa nimis. 105  
Namque vtrumque serâ labrum post iunxit ahenâ:  
Spiritus & clausus, linguaque, voxque manent.  
Heu Euangelij vox illa canôra superni!  
Buccina damnatis illa tremenda Deis!  
Illa sacro clangore mouens in tartara bellum! 110  
Illa homines cœlo sueta vocare pios!  
Illa potens monitis lingua, eloquioque salubri,  
Heu captiua tacet, labra ligante terâ!  
Heu graue martyrium, linguæ quo tollitur vsus:  
Gentibus & verum verba datura Deum! 115  
Nil in corde magis, clauso Raymundus in ore,  
Nil magis indoluit: nil pupugitque magis.  
Illi, sæua pati pro Christo, grata voluptas;  
At Christum ore dolor non resonare grauis.  
Ah! pudeat Mauros, documenta illius ab ore, 120  
Excusso erroris non didicisse iugo.  
Hunc, memor illorum, cœlestis cûra Magistrum  
Fausâ, si vellent dicitere, sorte dedit,  
Sed, postquam dirâ videre vicum ora ferentem  
Clausa serâ, heu quantis obstrepere iocis! 125  
Impia barbaricis sonnere theatra cachinis:  
Et nato illudunt, auriculasque mouent.  
Bellè, bellè æratum, aiunt, premit ora capistrum:  
Frænato rabidus non latrat ore canis:  
Ore luat, vatem ore ausus qui carpere nostrum, 130  
Et Mahometicolas ore vorare lupus.

## LEMMATA XIII.

Raymundus, ore iam ferrea sera clauso, in carcerem cae-  
 tenis innexus truditur. Ibi hoc crudele mensibus octo  
 martyrium patitur, pane & aqua de triduo in triduum  
 refectus. A ministrantibus cibum in extasim, quam ex  
 Christi meditatione patientis contraxerat, raptus inueni-  
 tur: Necnon haec Davidis verba in pariete exarata, Ne  
 auferas de ore meo verbum veritatis, digito osten-  
 dens. Mirabundi illi ab extasi reuocant, & continuo, non  
 aliter ac si labra haberet soluta, protulit: In aeternum  
 Domine permanet verbum tuum. Dixit, & ex templo  
 ab ore sera, à toto corpore catena exciderunt. Id non mi-  
 raculo, sed beneficio à Barbaris tributum. Ei tandem  
 miserimè pane & aqua alito, iterum seram  
 & catenas iniiciunt.

**V**T ceruam, fixum quæ fert in pectore telum,  
 Dirâ venantis faucia facta manu:  
 Persequitur clamore canum venator acerbo:  
 Iamque tenet: mordent vndique iamque canes:  
 Haud aliter, teneris postquâ gens Maura labellis  
 Crudelem posuit, ferreâ fræna teram:  
 A tergo illa latrat patientis, & instat iniquis  
 Moribus: in prædam sæuit atroxque tuam.  
 Demum vie sanctus tenebroso traditur antro,  
 Implicitus vinculis omnia membra feris.

**Lex erat, & seruis à Rege indicta feroci:**  
 Post triduum victo ferte alimenta cani:  
**Ferte parum nigrae Cereris, graueolentis & vndæ;**  
 Sicca sitis finite hunc dira, famesque, premat.  
**Strenuus interea Raymondus miles in antro** 15  
 Pœnarum victor gaudia ducit ouans,  
**Horrida crudelis spernit tormenta tyranni:**  
 Christo opratque mori victima sacra Deo;  
**Mente Deum loquitur purâ, fruiturque supernis**  
 Alloquijs: linguæ mens habet alma vices. 20  
**Dire, loqui linguâ potuisti auferre, tyrannè;**  
 At non peruigili tollere corde loqui.  
**Tereo quid Regi Phi omelæ abscindere linguam**  
 Profuit? insano vocis & ense modos?  
**Nû minùs illa canit? queritur minus ore canoro** 25  
 Raptâ vim Regis virginitate trucid?  
**Barbare, Threicio similis Regi, sine iam ora**  
 Claudere, corporeos & relecâre sonos.  
**Forsàn perfossis, quot fecit vulnera ferrum,**  
 Ora tot ad voces sunt quoque aperta, labris. 30  
**Tertia transferat lux (fas si est dicere lucem,**  
 Cimmerico transit quæ sine sole loco)  
**Cum venère fores antri referâre ministri,**  
 Et strepuit vulsis ærea porta seris.  
**Intrant, exiguamque ferunt vndâ, Cereremque,** 35  
 Per triduum impranso, fercula lauta, viro.  
**Intrantesque stupent radiantem luce cauernam,**  
 Lumine quam nunquam vidit Apollo suo;

78 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Tuncque magis cum hospes sublimis in aere visus,

Mole catenarum membra grauante, fuit: 40

Ostendensque manûs digito apparentia, in atro

Pariete, Ieffæâ verba sonata lyrâ:

A nostris verbum verax ne tollito labris.

Hæc, Mauri, vobis scribit operta manus.

Nô quod enim à præcone Dei remouebitis illud; 45

Sed quâ satis est impedijse ferâ.

Attoniti hæc dum mirâ vident, & lumina cæli,

Nec melius sapiunt, mirâ nec ista mouent:

Per caua clamolo strepuerunt antra fragore,

Et ruere ingenti est visa cæterna sono. 50

Esse magum censent, quem suspensum acere spectât,

Ad sensusque volunt sic reuocare suos.

E cælo Circeâ trahant ne carmina lunam,

Rauco illi gentes ære favere putant.

Non minus at Mauri stolidi deducere ab astris 55

Tentant sublimem voce crepante virum.

Ille tamen redijt cruciata ad munera vitæ

Haustris de Christi vulnere potus aquis.

Responditque statim ad versum qui apparuit almû:

Omni verba æuo sunt, tua firma, Deus. 60

Nulla meo fera vis ferri (quasi dicere visus)

Mi Domine, en verbum tollit ab ore tuum.

Vix a præcluso carmen profluxerat ore,

Cùm fera, & à toto corpore, vincla cadunt.

Expauere iterum: esse & adhuc miracula Mauri 65

Thessalicis hebetes cantibus acta putant.

Cur facile, infani heu! Medæis creditis herbis?

Num, quæ illæ, Omnipotens nõ valet ipse Deus?

Cur, mentes miseræ, impostori creditis Afro?

Seductæque Deo tollitis aure fidem? 70

Num Deus in pœnis non consolatur amicos?

○ Nec dirò inclusis carcere præstat opem?

Sic sentire nefas de miti æquoque Tonante:

Ille fauet iustis; & quatit ense malos.

Ille olim pueros Nabuci fecit in igne 75 Dan. 3

Nil lædi, at seruos igne perire malos.

Sic stolidi estis, & obtusi pinguisque cerebri,

Credere possitis quod fugit omnis homo?

Quis velit, vt fallat, flammis furialibus vri?

Aut, velut à vobis hic, fera damna patit? 80

Scilicet ille dolis, magicisque vel artibus vtens,

○ Hæc volet excidio præmia digna suo?

Ah capita insana, & cœlesti lumine cassa!

Qui gaudet pœnis, hic calet igne Dei:

Oppetit hic pulchrâ pro Christi nomine mortē: 85

Altra hic effuso clara cruore petit.

Hic mundi contemnit opes, & vana potentum

Nomina: quæque avidis munera fundit humus.

Hic æterna Dei promissaque præmia sperat;

○ Nec pigris hæc, sed fortibus æqua viris. 90

Hic hominum vero figmenta, redarguit ore:

○ Veracisque docet verba sequenda Dei.

Heu canimus lurdis! frustra mea Musa laboras:

Non capit aure asini carmina sancta Midas.

Ergo

80 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Ergo illi Cereremque & aquam, pœnalia vitæ 98  
Fercula, dant hostes, non alimenta, truces.

Torquet mica famem, siccas & guttula fauces:  
Non leuat ista sitim: non leuat illa famem.

Acriùs irritata fames, sitis acriùs vrget,  
Vtraque cùm mileri luditur arte penus. 100

Hæc tamen ille alacer sumebat pabula parca,  
Quòd sibi non dicti parca doloris erant.

Veicitur heù! læsoque cibum dum versat in ore,  
Quid nisi edit pœnas suppliciumque ferox?

Sordida quid cæsis dum iungit pocula labris, 105  
Se nisi tormento proluit ille graui?

Hæc triduo ieiunus habet solatia mensæ:  
His satur, in longâ viuere morte potest.

Restat adhuc, neque pœnarum satis ora biberunt:  
In pœnis etiam mensa secunda datur, 110

Namque seram tandem labris orique reponit  
Sanguineam sæuâ gens inimica manu.

Gandet & immanem labijs renouate dolorem,  
Et plagas iterum perterebrare graues.

Heù furor immanis! rabiosa heù ira Megaræ! 115  
Inuentum heù dictum martyrijque genus!

Non sat erat sæuire semel? pertundere ferro?  
Vecte & vtrumque labrum claudere, nô sat erat?

Cur toties immite nimis sæuistis in vlcus?  
Sæuitia est vlcus velle ferire magis. 120

Cur scenam toties, cæcoque reponitis antro,  
Quæ spectante acta est, grata fuitque, foro?

Proh Deus! æthereum Phœbe percurrerat axem

Bis quatèr in biugis lumine plena citis:

Mensibus & totidè, tenebroso Martyr in antro, 125

Afflictus pœnis transijt ore tenus.

Bis quatèr & denis sublato vecte diebus,

Assumpsère nouo labra dolore cibum.

Et toties primæ fuit acta tragædia pœnæ:

Nam labra post mensam clausa fuère serâ. 130

O Nolascigena insignis, fortissime Martyr,

Est tibi dira pati terque quaterque parùm.

Martyria octoginta subis crudelia in ore:

Vnum erat, at toties tu subis illud idem.

Tempore tam longo tibi sunt clausa ostia vitæ; 135

Et tibi sic miror non licuisse mori.

At voluit gaudens iugem spectare triumphum,

Qui tibi opem superâ misit ab arce, Deus.

Teque orbi Nonnatum, natum ostendere olympo:

Vinere qui clauso vectibus ore potes. 140

Ore labrisque piæ sumenda ad pabula vitæ

Mortales inter, dum neque viuis, eges.

Ora animæ scissos Christi meditantia fontes,

Te, sensusque tuos imbre fouente rigant.

Hauris aquas dulci crucifixi è flumine Christi, 145

Nectareos latices Ambrosiosque cibos.

Dumque pedes palmasque vides in stipite clauis

Fixa, ais: Ah vere est quàm mea pœna nihil!

Te quatuor terebrant, Iesu dulcissime, clauis;

Vnus me, necit qui mea labra, chalybs. 150

82 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Ora tibi quatuor rubros manantia rinos

Scindunt, qui nostris sunt medicina malis;

Os vnum mihi erat, quo te laudabat apertum:

Hoc vnum claudit sed sera dira mihi.

Talia dum secum meditatur, nectare viuic

Diaeo, nec iam alias appetit ille dapes.

155

CAPUT IV. *De Raymundo Nonnato, post sustenta-  
tatum inter Barbaros longum martyrium, ad  
purpuream Cardinalis dignitatem  
eucto.*

LEMMA XIV.

*Raymundus soluta pecunia vinculis extrahitur. A Gre-  
gorio IX. Pontif. Max. purpura honoratur. Barcinone  
pompa & solemnibus plausibus exceptus, utrumque fugiens,  
moribus nihil mutatis, intra modestiam reli-  
giose cellae se continet.*

**R**aymundi socius, completis mensibus octo,

Paeta sui fidus pignoris aera tulit.

Qui tener, ut vidit chari tormenta sodalis

Dira, pio tristes irrigat imbre genas,

Et singultanti sic illum voce salutat:

O bona Nolasci spes sobolesque Patris.

Nouerat ille sacro quantum raperetis ab igne:

Quod te captiuum ferret & altus amor:

Quod



Quò te optata salus animarum, & gloria Christi,  
Pœnis, & dirâ sollicitanda nece. 10  
O fœlix athlêta, bonos & adeptæ triumphos!  
Defensi ore geris signa decora Dei:  
Purpureamque simul fuso cum sanguine laurum,  
Albam qui cæso purpurat ore togam.  
Stricta Redemptoris complecti munera sacri:  
Soluisti seruos, seruus & ipse manes. 15  
Dulcior Orpheo, linguæ sermone supernæ,  
Ad lucem Euridices de Styge mille trahis.  
Ergo, Ray munde, infra cæcis iam vestibibus, exi:  
O Mercediadùm gloria clara Patrum! 20  
Tu lux In tenebris fulsisti abscondita Mauris;  
Captivâre iubar nec potuêre tuum.  
Quid tecum Phœbus? Noctis cum venerit vmbra,  
Cedit, & ipsa suis Cinthia Maura micat.  
Ast tu in terribili replesti ergastula nocte 25  
Luce tuâ, & Christi Phosphorus almus ades.  
Ne rutilis, te sub modio Maurusia clausit  
Natio: vt alta Pharos sed fuit ille tibi.  
Lux tua nam sparso totum fulgore per orbem,  
Nullis te ignotum gentibus esse sinit. 30  
Fama per Ausonias Euro velocior vrbes  
Herôâ cecinit iam tua facta tubâ.  
Inclyta iamque tuos mirata est Roma labores,  
Iam flagra, iamque truci labra reuincta serâ.  
Iamque Pater summus, Christi moderâtor oullis, 35  
Pro grege quanta suo feceris, aure bibit:

84 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Quot spolijsque sacras Libycis ditaueris aras:

Quotquoque Iudæis Numinis ultor ouans;

Dum cæcis Fidei præluces gentibus igne,

Dum fugere errores ore tonante iubes.

40

Ergo tibi gratus sacra ob certamina victo,

Obque Dei verbum labra canôra ferâ:

Tempora purpureo mandat redimere galæro,

Vt sit seruitij pileus iste grauis,

Sit quoque virtutis pretium haud æquabile tâta: 45

Non æquo solui munere posse videt.

Sed quantum paria ille potest tibi præmia donat:

Illa, tuis quam sint casibus apta, vides.

Quid Tyrio rubeus demonstrat pileus ostro?

Hic tuus est casus sanguis ab ore fluens:

50

Martyrijque genus, quanuis sine morte, cruentum;

Et crudele magis quod sine morte necat.

Cæditur vt murex, & fit præclara cruore

Purpura tincta tuo: sic tibi facta tuo.

In tetrus abiectus ades religatus & antris,

Signaque mancipij ferrea in ore geris.

55

Id Pater aspiciens Romanâ sanctus ab arce,

Te Patrum in clarâ murice sede locat:

Teque humilem exaltat digno virtutis honore,

Sublatumque truci tollit ad astra specu.

60

Genes. Extulit ad regni Pharaos fastigia Ioseph,

7.41. Niliaci vinctum quem tenuere specus.

Sic seruire Deo, regnare est. Nullaque virtus

Celso post lactas est caritura loco.

Lau.

Laurea post passos fertur iucunda labores.

65

Hoste triumphato præmia miles haber.

Præmia tolle ergo, quæ Iudex ille triumphî

Æquus victori dedicat alta tibi.

Sic socius, non ut cæpit, sed voce resumptâ,

Suadebat forti fumere dona viro.

70

Constantem in pœnis vidit: iamque ore solutum,

Carpenti errores rursus amore rapi;

Et Mauros norat plexuros morte feroci,

Qui, iam non servus, iam neque pignus erat.

Audijt, & mi frater ait: Non digna fuerunt

75

Hæc tormenta meum cingere fronde caput.

Incepi pugnare: tuli non morte triumphum:

Non consummatum vita reliquit opus.

Martyrij lex est, palmæque virentis Olympo;

Pulchrâ Vincenti non nisi morte dari.

80

Me longâ potuïsse mori esurieque sitique,

Et clauso dirâ, quis neget, ore serâ?

At Pater ille potens dedit hæc mihi vincere mortē,

Nanti inter pœnas supposuitque manum.

Huic, mihi quoddâ fluctus inter sit vita superstes,

85

Debeo non meris viribus ipse suis.

Ergo ingratus ero: forsân placitove resistam

Numinis: interpres siue lînister ero:

Si mihi tanta negem servasse ad munera vitam

Indigno: vitâ qui neque dignus eram:

90

Tum tormenta meum poscebant effera funus,

Atropos & vitæ forfice fila mea.

86 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Nec, nisi flante Deo diuini Pastor ouilis

Ad tanta indignam dona vocaret ouem.

Purpureum quis ego vt vocer ad subellia Patrū 95

Celsa? meum & cingant pilea rubra caput?

Pf. 112. Tollitur, ò! miserante Deo, de stercore pauper:

Et Piscatores scepra sacrata tenent.

Iam tecum, mi frater, eo: iam vincula linquo:

O, spelunca, vale! vinelaque chara mihi! 100

Non quæsitâ mihi in vobis modo præmia dantur;

Magna quidem; sed enim vos meliôra datis.

Dixit. & in Libyco expectantem littore nauim,

Innitens baculo, viribus æger, adit.

Et prius ipse, comesque suus, quâ littore soluit: 105

Virgo adsit nobis, vnica stella, rogant.

Virgo rati fauet, & ventos iubet ire secundos:

Æolus & paret, cœruleusque Deus.

Hanc quicumque vocant, sulcabunt æquora tuti;

Ledæum hinc abeat, sidera vana, genus. 110

Æquora dum superant, clangorem Barcino famæ

Audijt. Egregium non procul esse virum.

Virbs gaudet: ciues venienti occurrere læti,

Dux quoque Cardonæ, nobilitasque parant.

Vt propè iam fuit, explosis tonat ignibus æther, 115

Sylvarum antra fremunt, littoreique sinus.

Intrantem excepere chori, cytharæque canoræ:

Saltabat festo virgo puerque pede.

Mille modis plaudunt, herôaque carmina cantant:

Hic est, qui de Afrâ compede victor ouat. 120

Hic

Hic in fronte gerit sublimis signa triumphis:  
Tincta suo pulchrè murice labra rubent.  
Hic est, cui labra sunt veris traiecta catenis;  
Herculea hæc linguæ gloria ficta datur.  
Polleat eloquio licet, & sermone disertio 128  
Vinxerit Alcides barbara corda sagax:  
Huic nostro inferior longè est dulcedine linguæ,  
Doctrinâ impar ei, moribus atque pijs;  
Quin illi ætatis innexa est lingua catenis,  
Quodd sermone Deo Turcica corda dabat. 130  
Hic est, qui dirâ mansit sub compede seruis  
Pro seruis, rabidi sub dominique iugum,  
Hic est Nolasci proles faustissima Patris:  
Hic est, cui solâ est cœlica Virgo Parens.  
Hic est Nonnatus Portelli gloria fausti: 135  
Laus Lalætanæ gentis, honorque sacer.  
Hic est defensor Christi Fideique decòrus:  
Tempora victòris, Barcino, cinge rosis.  
Nunc venit è bello victor: frons vulnera monstrat:  
Nobile Phœbeâ cingite fronde caput. 140  
Pompa triumphalis, duxere & carmina festa  
Illum Cardonæ splendida recta ducis.  
At non ille numilis pompam, non carmina vellet,  
Non nitidam agnati Principis ire domum.  
Torquet honos, ægrèque suos audire triùphos 145  
Fert humilis, sese qui putat esse nihil.  
Comis at est virtus: grates urbanus & ille  
Dat populo, iunctis sanguine datque viris.

88 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Post inopem cellam, implumem ales vt auxia nidū,  
Quem diu deseruit: sic celer ipse petit. 150

Quis fratrum lachrimas, iniectaue brachia collo

Dulcia Raymundi, lætitiāque canat?

Nolascique Patris, cum vidit fortia labris

Nati perfossis gesta micare sui?

Charior ò nūc, nate, mihi, inquit, quā ante fuisti: 160

Christi Præco geris stigmata in ore pius:

Inclyta martyrij gessisti prælia longi:

Et mea purpureus victor ad ora redis.

Sume decus modo, quo tetris te eduxit ab antris

Ipsè Deus, superas qui tibi seruat opes. 165

Audijt ille humilis: Nec ego tua iussa recuso,

Inquit, chare Pater, iussa nec alta Dei.

Sed ne pati (videor si quid meruisse) labores

Pro Christo, sat erant præmia magna mihi?

Ergo Patri obsequitur, præclarūq̄ induit ostrū: 170

Cardineoque sacer fulget honore Parens.

Pectoris ipse tamen candorem seruat in ostro,

Moribus & candet Purpura sacra suis

Heū mentis morumque album mutare colorem

Non rarò vestis murice tineta solet! 175

Nescio cur animos Tyria effert lana superbos,

Cum doceat vanos ipse pudere color.

Fortè malum trahit à Tyrio fucata veneno;

Simplicitas animi deest, vbi fucus adest.

Illius probitas, & sancta modestia, cello 180

Calcatâ rutilant ambitione loco.

Ille

Ille odit currus, & equos, strepitumque clientum,  
 Atrollique humeris, octophoroque vehi:  
 Nec minus auratis nitidam laquearibus aulam,  
 Pendula quam circum picta tapeta tegant: 185  
 Adde rosas, saliare epulum, falernaque vina,  
 Et quæ inimica gulæ, sobria mensa fugit.  
 Relligiosus erat: fueratque ut in omnibus antè,  
 Sic quoque nunc Princeps, Relligiosus erat.  
 Hinc sibi pauper, erat mendicos diues in omnes, 190  
 Et pius extentâ luxuriabat ope.  
 Hoc miseris largo gaudebat viuere luxu:  
 O luxus Myrtas quàm decet iste facer!  
 Ille tamen, qui talis erat, malè carpitur insonst  
 Probro illi esse bonum garrula lingua dabat. 195  
 En, ait, inluctas paritur modo Purpura tordes  
 Nobilis: & vili spreta rubôre rubet.  
 Illa solet claros populis ostendere Reges;  
 Vix noris nunc, quem vestiat illa virum.  
 Illa satellitio, suevitque in curribus ire;  
 Nunc pedes it, luteam sola teritque viam. 200  
 Nil sibi maiestatis habet: fit pauper amictus;  
 Dedecus hoc minirnè conscia Roma feret.  
 Sic latrat insipiens, mordet quique omnia Momus;  
 Sed probus has paleas vir flat, & aura leuat. 205  
 Ecquid, ait, laudas vanorum in murice mores?  
 Moribus inficitur, si sapias, ille malis.  
 Qui bonus est, dignè Princeps in murice fulget;  
 Qui malus, est ostro discolor ipse suo.

90 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Purpura cœlesti alitè ardet virtutis honore; 210

Tincta sed à vitijis, horrida sordet humi.

Purpura virtutum cupit ire euecta quadrigis:

Virtute excelsis gaudet inesse viris:

Virtutumque choro stipata incedere pulchro:


Sic decus, eximius sic sociatur honos. 215

Quin vt ad excelsum veniat quis dignus honorem:

Sincèrum virtus vnica monstrat iter.

Hoc te Roma docet, quæ templo iunxit honoris

Templum virtutis, quod via ad illud erat.



## LIBER TERTIUS.

CAPUT I. *De Raymundo Nonnato afflictoruro  
& pauperum consolatore, & futurorum vate.*

### LEMMA I.

*Vxor nobilis ciuis Barcinonensis à famulis adulterij falso accusatur. Illa à marito confossa vulneribus, velut mortua relinquitur. Hic vero, iam facti pœnitens, solatium à Raymundo petit. Cui ille, vade, inquit: Sicut vxor tua falso accusata est, sic vulnera, quibus fidelem impetisti vxorem, falsa fuisse reperies.*

**P**incipis officium est alienæ cura salutis:  
Sic non ille Patris nomen inane gerit.



Dignus purpureo Raymundus culmine lucet:  
 Recreat afflictos, pauperibusque fauet.  
 His largus dat opem: sapiens bona consulit illis: 5  
 Portus vtrisque paret per fugiumque pius.  
 Nempè tuo ciuis florebat, Barcino, clarus  
 Littore: cui consors nympha decora thori.  
 Heu serulle nefas, & ineuitabile damnum!  
 Quod venit à seruis, atria nulla cauent. 10  
 Non infida viro seruos reprehenderat vxor,  
 Quà libertatis nesciò labe malos.  
 Incusate ausi en dominam, & deferre marito  
 Turpiter incesti crimina ficta thori.  
 Ille nimis præceps, & cæcè credulus illis, 15  
 Perfodit innocuum coniugis ense latus;  
 Nec semel in casto ira intingit sanguine ferrum,  
 Pectora sed multo vulnere honesta ferit.  
 At furor immanem postquam satiauerat iram,  
 Nec, quid in extinctam sauiat, ensis habet: 20  
 Ad mentem redijt viduus iam coniuge coniux:  
 Et facti venit mox Metanœa trucis.  
 Heu! quid agam? inquit: Nescio vbi solatia querã;  
 Intus iam factò torquet ipse meo.  
 Sed nec erit, de vxore meâ qui credere possit, 25  
 Se turpi causam labe dedisse necis.  
 Non Romana fuit Lucretia castior illâ  
 Si spectes famæ nomina clara suæ.  
 Purpurei vadam mites ad Præsulis aras:  
 Hoc mihi, quod superest, dulce leuamen erit. 30  
 Nec

92 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Nec mora, certa mali quærens solatia facti,

Parpureos sistit flebilis ante pedes:

Vxorisque necem, thalamicque ob crimina læsi

Fœda, fidem ruptam nec tolerasse, refert.

Audijt, & lachrymas, ait, & modo siste dolorem: 35

Magna tibi quamuis causa doloris adest.

Cur citò, dic demens, voluisti credere seruis?

Credi fida tibi dignior vxor erat.

Quando non serui dominis imponere nati?

Fidæ vxoris amor non tibi verba dabat: 40

En illi, in Dominam sæui, te, crimine ficto,

Fecêrunt sociam perdere morte tuam.

Tu sic euenisse putas, sed falleris ipse

Faustè: forsque tibi nigra, beata redit.

Perge domû, vxorem inuenies tua pensa pudicâ 45

Palladiâ fuso ducere torta manu.

Vt ficto Dominam accusarunt crimine serui,

Crimen adulterij sicut inane fuit:

Sic tuus vxoris fallaci vulnere mucro

Percussit toties pectora casta tuæ. 50

Nàm qui cuncta videt secretaque corda Creator,

Innocuæ est vindex & sine labe reæ.

Non seruis fauet ille malis, facillique marito;

In seruile parat fata sed atra caput.

Inde tuus, dum sæpe vibras, non vulnerat ensis: 55

Sæpe sed in ventos irrita plaga furit.

Audijt attonitus, vixque hæc oracula credit:

Contra stant sensus, & manus vltæ thorum.

O venerande Pater, quis, ait, tibi credere nolit,  
Sancto qui plenum numine pectus habes. 60

Sed mihi testis adest (vaginâque eripit) ensis  
Ipse mei sceleris: testis & ipse necis.

En illum vxoris stillantem sanguine cæsæ,  
Intinctusque suo sanguine feruet adhuc.

Id quod ego feci, hoc armataque dextera ferro, 65  
Vidi quod que oculis efferus ipse meis:

In diuersa ferunt: mens & mea fluctuat anceps,  
Inter visa mihi, verba Paterque tua.

At potui falli: furor annon lumina cæcat?  
Nam quæ conueniunt ira vidēte finit? 70

Ergo abeant oculi nostri; ipse fidelior illis,  
Mi Pater, es; misero quin mihi fausta vides.

Iam nec eo dubius, nec spēs erit irrita, saluam  
Esse mihi vxorem, nec violasse fidem.

Dixerat, & celeres fert ad sua limina gressus, 75  
Visurus lætam, lætus ut ante, domum.

Tecta subit, videt & nullo turbata tumultu:  
Fletus ibi nullus: nœnia nulla sonat:

Res hilarem seruabat, ut ante, domestica vultum:  
Pax erat, & scælix prosperitate quies. 80

Coniugis accessit tandem ad penetrabile iudicæ:  
Fuso inter famulas molle trahebat opus.

Quam subitò ut vidit, te solum crimine damnat:  
Index & culpæ fluxit in ora rubor.

Fertque Deo grates, qui vxori sanxit honestæ, 85  
Non ficti passus criminis esse ream.

## LEMMA II.

*Raymundus Nonnatus seruos, qui adulterij falsò dominam suam insimularant, à iudice paulò post plectendos prædicit: & se mentitos fuisse in accusatione, publicò sub patibulo confessuros.*

**G**Rande nefas, seruis sed non impunè relictum,  
 Finxille in dominam tordida furta thori!  
 Corpora nec tantùm thalamo sciungere pacto,  
 Sed mentes, fidus quas lociãrat Amor!  
 Nam clarus postquàm heros vera oracula vidit  
 Purpurei vero prodita ab ore Patris:  
 Protinùs exultans animo deuënit ad illum,  
 Et bona dum profert gaudia, gratus ait:  
 Oïtro digne Parens, tibi non præsågus Apollo,  
 Non pecudum fibræ, nullaque cantat auis; **10**  
 Magnum stelliferi Authòrem medicãtis Olympi:  
 Hic est venturi vernus Apollo tibi.  
 Præcia corda Dei fœlix scrutaris aruspex:  
 Inde vales nutu dicere vera suo.  
 Quid canat ille Parens auium, fidissimus auspex **15**  
 Solerti ad iullus percipis aure daros.  
 Mentitur Phœbus: pecudum malè fiditur extis:  
 Seu volet, aut cantet dextera, fallit auis.  
 Non tua verba, Pater, fallunt: modo pensa trahentis  
 Vidi ego formosam coniugis alba manum; **20**  
 Non

Non erat in vultu pallor: pulchrâ ora micabant,

Ceu confusa rosis lilia casta nitent.

Quid moror? Illa meo viuit non læsa furôre:

Et mea fors verbis est, Pater, æqua tuis.

Hæc dū oculis tãgo, linguæ heu pudor abstulit vsum! 25

Quid loquerer? facti nil mihi causa fauet.

Forsàn seruorum manet altâ mente reposita

Fictio fœda, viri credulitasque leuis.

Hinc ego, si memori manet hæc iniuria mente,

Non credã quod amer; me neque amare putẽ. 30

Nàmque amor offensâ vnûs, quãque ipse ego feci,

(Hei mihi!) de gemino pectore pulsus abit.

Leucadijs equidem est offensâ potentior vndis:

Ibit ab hoc saxo præcipitatus amor.

Tu Pater, & mihi, & vxori, succurre duobus: 35

Fac sit nos ipsos mutuus inter amor.

Nàm potes, inque tuis est plurima gratia labris:

Te mea si coniax audiat, ira cadet.

Verbis illa tuis Lethæas ebibet vndas:

Immemor offensæ sic erit vsque meæ. 40

Quin magis me mollita tuo sermõne & amabit:

Dulcior & modo erit quam fuit ante mihi.

Te tumidi vxoris fluctus suadente resîdent:

Pacifera esto, Pater, missa columba Noæ.

Sic, vt possis, ait, faciam: fecialis amoris

Dexter ero alterni, det modo Numen opem. 45

Et dabit, vt spero; pulsâque ardentior irâ

Vestra in perpetuum pectora inibit amor.

Nec

96 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Nec tua de seruis coniux remanebit inulta:

Mox ultoris eos puniet ira Dei.

50

Sic Pater effabat, nec erant sine numine verba:

Nora tibi cello detulit ille polo.

En seruos, paucis postquam prædixerat horis.

Carcere detentos iam Rhadamantus habet.

Fædaque cogit eos torquens delicta fateri,

55

Et furcâ dignos inuenit esse reos.

Suspendi furcâ vindex Rhamnusia mandat:

Protinus & fontuni crimina præco refert.

Accedantque locum, feralis vbi eminet arbor,

Scalaque, quâ subeunt ad sua fata rei.

60

Inde nefanda suæ produnt mendacia lingua,

Seque suæ fures famæ & honoris heræ.

Æternisque cauent docti non ignibus vri,

Dum dominis raptum redditur ore decus.

Vincula deinde suis iniêcit stupea collis

65

Tortor, & infastæ lubrica facta neci

Iecit & à scalis miseros; laqueoque retenti,

Compressis pereunt, vt meruère, gulis.

Sic Deus interea Raymundi fulget in ore,

Seu det opem afflictis, suppliciumve malis.

70

Oris & aura sui fulget, suadelaque dulcis,

Quæ stabili vxorem iunxit amore viro.



## LEMMA III.

*Raymundus Nonnatus, intra Barcinonem cælo pluvia  
inambulans, purpureum sui capitis galerum dat pau-  
peri, ut illo caput nudum operiat, & ab irruente  
defendat. pluvia.*

**P**Hœbus ut est terris lux: sic Raymundus egenis  
Est pius æthereâ missus ab arce Pater.  
Viscera blanda sibi indoluêrunt paupere viso:  
Motaque, si tantum mente videret, erant.  
Ille, suis spretis, inopum spectabat agônes:  
Seque suâ, hos miserans, destituebat ope.  
Certa dies fuit à pluuio satis humida cælo:  
Forte vel vdx Hyades signa dedêre sui;  
Aut flabat fufis infrendens imbribus Auster;  
Pleiadumve dies imbre notata fuit. 19  
Tum Pater assuetâ dum ibat Pietate per urbem,  
Ægris ipse salus, verbo animosque regens:  
Ipsi occurrit inops lacero pannôsus amictu,  
Nec fert à tumido quo tegat imbre caput.  
Respexit: dira illuuias, implexaque barba, 19  
Ora absumpta fame: cætera Ibêrus erat.  
Et nunc à capite in barbam dilapsa fluebat  
Tempestat: fluuius membraque nuda rigat.  
Non tulit ærumnas inopis Pater ipse benignus:  
Et tutamen, ait, sume fluentis aquæ. 20

98 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Sume mei capitis tegmen, rubeumque galerum,

Et mea vt exornat tempora, vestra tegat.

Pauperis, hæc dicens, velauit murice frontem:

Et venerâta rubrum est pauperis vnda caput.

Purpurei quid agis. Pater ò venerande, Senâtus? 25

Es pius en inopi: non pius ipse tibi.

En aperis caput ipse tuum, supponis & imbri;

Ostro & ab imbre operis pauperis ipse caput.

Nonne tuum vnda caput lædet nimbofa? minoris

Pauperis est pretij quam caput, anne tuum? 30

Purpureos capiti ipse tuo cur tollis honores?

Hinc iam est imbre madens & sine honore caput.

Infula clara ostro, claro esse in vertice poscit;

Tu facis ah! humili sit pudibunda loco.

Nempè quis ex socijs, oblatâ sorte, videtur 35

Hæc dixisse Patri plurave verba pio.

His tamen immotus mentemque ad sidera tollens,

Digno obiecta sibi respuit ore Pater.

Num Pietas est sola sibi? an sua commoda quærit,

Nullâ &, ait, miteros vtilitate iuuat? 40

En minimum virtutis opus cum paupere feci:

Signa dedi illius me doluisse vicem.

Nos facere his maiora iubet cæli ignea virtus:

Virtus, quæ sancti est ignis ab igne Dei.

Non tantùm tormenta pati crudelia mandat, 45

Sed pro charo etiam fratre lubère necem.

Ipsè quid egi? inopis veltiui tempora nudi,

Hæc ferè quæ toto corpore nudus erat:



Velaique meo miserâtus tegmine frontem,  
 Quo tutum intereâ ferret ab imbre caput; 50

Detectumque meum caput, ô! res magna, reliquit:  
 Gattas deque malo pauperis ipse tuli.

Ast mea mendicæ seruiuit purpura fronti.

Sic est: sed numquam clarior illa fuit.

Maiestâtis honor magis est sublimis & auctus, 55

Fastosâ miseris cum sine fronte fauet.

Quæ typus est Regis, falcit iacta anchora navem:

Fluctibus in medijs merisque mordet aquas.

Regiâ Alexander succinxit vulnera vittâ:

Militis & micuit tincta cruore sui. 60

Inclyta quid memoro Pellæi exempla tyranni?

Dat mihi Martinus splendidiôrâ sacer:

Sabariæ sidus claræ, sobolesque decora:

Laus, & Pannonici gloria magna soli;

Quem Turonum populi ducentē ad pabula cœli 65

Dulcia Christicolâs percoluere Patrem.

Olim miles erat pauper: sibi tota supellex

Arma, chlamysque rubens, queis tegeretur, erat.

Ille tamen pius, ut nudo succurrat egeno,

Supplex exiguæ qui perit æra stipis: 70

Educto chlamydem vaginâ protinus ense

Diuisit: mediam tunc inopique dedit.

Se quoque nudauit medium, ut vestiret egenum;

Nec ne ire, sibi causa ruboris erat.

Quin chlamys in misero, Martinus & ipse, micabât: 75

Et, quasi Martinus, veste micabat inops.

100 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Non facit ignotos Pietas, nec laude carentes:

illa nos nescit grata tacere viros.

Isai. 58. Nudam operi, carnemque tuam ne spreueris, inquit  
Ipsè Deus, nostrum est ergo operire decus. So

CAPUT II. *De Raymundo Nonnato à Christo  
Domino & Beata Virgine duabus remunera-  
to coronis.*

LEMMA IV.

*Christus Dominus coronam spinicam, roseam vero &  
varijs intextam floribus capiti Raymundi Nonnati Virgo  
Maria offert: utram harum, in remunerationem be-  
neficij inopi exhibiti, eligat?*

Nunc opus est Helicône mihi, Musisque canoris;  
Vt dulci spinas & loquar ore rosas.

Inter utrasque cano: & sibi mollia carmina poscunt;  
Sic nec adhuc inter mæsta Elegeia vepres.

Nec miror: diuo veniunt de vertice sentes,  
Ceu rosa molliti tincta cruore Deæ.

Tum flores lectasque rosas quis narret Olympo?  
Et quæ Flora sacrâ legerit alma manu?

Tu mihi, Flora, faue Elysio dignissima prato:  
Adsis, & roseum, dulceque carmen erit. 10

Mirum est, quam placeat superis, summoque Tonati,  
In miteros Pietas, larga inopique manus.

Portelli soboles, fulgens & marice Præful,  
 Scrûârat madidum pauperis imbre caput:  
 Cùm Christus, Virgoque Parens, quo munere, verbis 15  
 Aiunt alternis, tale rependis opus?  
 Munere donandum caput est, charissîma Mater,  
 Christus ait: Patiens præmia nostra ferat.  
 Tu pulchram contexe rosas & flore coronam:  
 Ipse geram capitis spinea ferta mei; 20  
 Ibimus & cælo Raymundum inuisere lapsi:  
 Ore meo est dignus, dignus & ore tuo.  
 Tunc ego, tuque Parens ostensis diua coronis,  
 Ex his dicemus, quamlibet ipse lege.  
 Cui Mater: Iudex operum es, dulcissîme Nate, 25  
 Rectus, ait. Patiens præmia nostra ferat,  
 Dixit, & inflexu capitis Regina Polorum  
 Læta per Elysios ire parauit agros.  
 Ergo vocat cæli flores, & lilia casta:  
 Quid sit opus, roseo prodit & ore, sibi. 30  
 Eia, labor iucundus erit, properâre puellæ:  
 Florea sunt vobis rura terenda pede.  
 Dixit, & it (pulchrâ Dominæ famulante coronâ)  
 Inter virgineos altior ipsa choros.  
 Est locus Elysus, seuit quem Conditor orbis 35 Genes.  
 Magnus, & Eoâ qui regione viret: 2.  
 Fons ibi diffundit quatuor plenissîmus amnes:  
 Per nemora hi celeres, perque virêta fluunt;  
 Semper ibi flores, & veris tempus amæni:  
 Numquam arbor pomis frondeve nuda caret: 40

102 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Deliciosa nimis grata efflat aromata tellus,

Et dulci omnis ibi carmine cantat avis.

Huc casti venêre chori cum Virgine Matre;

Protinùs & flores erbuêre loci:

Calcatique dabant nineis blanda oscula plantis, 45

Attactaque pedum est floribus auctus odor.

Tùm cedri, visâ Domina palmaeque cypressique,

Et viride inflexit frondea turba caput;

Fontis & vnda sterit: celeres & flumina cursus

Obtupefacta nouo derinuêre gelus: 50

In ramis volucres modulis & voce canôræ

Salue cantabant, & quatèr, & ter, Aue,

Non Progne deslebat itim: mutauerat ipsa

Lugubre in lætum cumque sorore melos.

Ergo virgineo cepêrunt pollice flores. 55

Dum cœnctus erat, carpere quæque suos.

Virgo, Parensque Dei, ubi debita lilia carpit,

Teque incorruptâ, pulchre amaranthe, comâ;

Et te, flos mirande, Indis prius agnite in aruis,

Instrumenta Dei qui patientis habes. 60

Huic placuêre rotæ fragranti murice tinctæ:

Huic violæ suaves: huic viridesque thymi.

Has narcisse, tenes: illas, hyacinte, moraris:

Hæc casiam, rubros deligit illa crocos.

Has mellilotos & has iuncus delectat odoris: 65

Pars calthas, & pars alba ligustra legunt.

Has Phœbi flos cogit, mollis amaracus illas:

Flore alias niueo tu quoque, moly, trahis.

- Delicium est alijs iris, cœlestis vt arcus:  
 Gratæ alijs rutilâ vos, tulipæque, comâ. 70
- Flos alijs volupe est claro imperialis honore:  
 Pœonia est alijs. Cuique virêbat ager.
- Syrnatis impleuère sinus postquam aurea turba,  
 Et multo gremium flore fragrante suum.
- Alma Parens inter cœlestes Virgo puellas, 75  
 In roseo nitidæ margine sedit aquæ.
- Nymphæ, & ait, gremio flores educite lectos,  
 Et pulchro ad palmas ordine ferte meas:
- Raymundi capiti nectenda est picta corolla  
 Floribus, & varijs quæ sit odora rosis. 80
- Ille meo, quem Mater amo, respondet amori:  
 Virtutes referat nostra corôna suas.
- Ergo dabant flores manibus misso ordine pulchris:  
 Et verita est dominas florea turba manus.
- Tùm Paradiseos nectebat candida flores 85  
 Virgo: decusque dabat gratius illa rosis.
- Iam roseum gyrante manu detorsit in orbem  
 Quas Floræ philyrâ fortè ligarat opes:
- Tunc micuit sertum, nexorum & gratia florum;  
 Et locus, & mirus cuilibet ordo datus. 90
- Hic flos purpureus rubet: illic lilia candent:  
 Hic violæ pallent: hic casiaque virent.
- Gratior at certam spreuit fragrantia sedem:  
 De tor mistus odor floribus, vnus erat.
- Insimul halârunt flores, & dicere possis: 95  
 In seruo cunctus nunc Paradisus olet,

104 *Vita Dni Raymundi Nonnati,*

O tu sideribus magis alta corona coruscis!

O tu virgineâ nata corona manu!

Non tu flore micæ rutilo, quasi sidera luce;

Sed tibi lumen olet: sed tibi lucet odor.

100

Sertum Ariadnæum rutilis effulget in astris:

Hoc fuit, è Venerisserta ventre manu.

Si fuit hoc tanti; Iessæserta Mariæ

Florea, virgineæ dulceque Matris opus,

Ponite in Empyreo, astra superq̄ leuâte decora: 105

Hæc est præstanti digna corôna loco.

Sed finite: Empyreâ, vt video, non indiget arce;

Nunc in virgineâ est altior illa manu.

Quin etiam aspiciat, vt Virgo, super astra, superque

Ætherios orbes, Cœlicolûmque choros, 110

Virgineo ad penetrabile globo præeunte sacratum.

Regifici desert florida sertâ Poli.

En vt odoriferis implent halatibus auras,

Irideque Æthereas versicolôre vias.

Vt stetit ante thronû Virgo Omnipotētis alumni, 115

Ille statim Elysiâ sensit odôre rosas.

Et nato placuere manu composta Parentis

Sertâ, manu croceis floridiôre rosas.

Nec mora, sidereo cum Matre illapsus Olympo;

Ipse tulit frontis sertâ cruenta suæ.

120

Nox erat, & tacitis gyrabat Delia bigis,

Stellifero nitidum vecta per igne Polum:

Cum vigil orabat Raymundus supplice vultu,

Magnifici speculans munera sacra Dei,

Tum

Tum Christus Virgoque Parens fulsere cubili 130

In paruo, & cœlum paruula cella fuit.

Derectisque simul radianti è veste corônis;

Hæc aiunt famulo dulcia verba suo:

Scis, Raymunde, inopis nudæ succurrere fronti,

Et vestire rubro frontis honôre tuæ. 135

O nobis charum caput imbre fluente reiectum,

Pauperis vt posses imbre leuâre caput!

Hoc Pietatis opus nostrâ non laude carebit:

A nobis operis præmia sume pij.

Elige, quam malis, dignam virtute corônâ, 140

Seu sente intexam, seu redolente rosâ.

Hæc de sente, meo rubet exsaturâta cruôre;

Non Tyrio fulget murice, Christus ait.

Hæc, quæ mille micat pictis decerpta rosetis,

Virgo ait, est puro pollice texta meo. 145

Quid tunc Raymundus tanto dignâtus honôre?

Obstupuit: compos vix sibi mentis erat.

Cœlesti mirabatur se lumine cinctum,

Et præsens superi Numen vtrumque throni:

Maiestatem altæ prolis Matrisque supremam: 150

Aurea diuinum gloria quidquid habet;

Vepribus hinc textam rigidis, hinc flore corônâ,

Et modò præstantes floribus esse vepres;

Et sibi pro mercède dari, quam deligat. O fors!

Sed caput exsuperant vtraque ferta suum. 155

(S)(\*) (S) \*\* (S)(\*) (S)

## LEMMA V.

*Raymundus Nonnatus, tenerum in textilibus Virginis  
 Mariæ rosis Matris piæ veneratus amorem: pœnarum  
 Christi Domini amantissimus imitator, spineam  
 coronam capiti suo eligit.*

**T**Andem Raymundus mira inter munera supplex,  
 In faciem dominos corruit ante pedes.  
 Post genibus nitens, & grato feruidus ore,  
 Protulit hæc, cuius quæ dabat intus amor.  
 O dulcis Domine, & totius gloria cœli, S  
 Christe, iubar vitæ, spes hominumque salus!  
 O mihi, & indigno, Virgo suauissima, Mater!  
 O tu digna Dei non temerata Parens!  
 Quid vos, ò par nec magnis æquabile rebus!  
 Quid vos, cœlicolis lumen & altus amor! 10  
 Quid vos ignauum ad seruum properâre cœgit,  
 Et diuâ tenebras luce rigare meas?  
 Ah! vos non capit aula Poli, licet ampla, corusci:  
 Numinis haud vestri est machina trina capax;  
 Tantaque Maiestas cellæ, tenuisque cubillis, 15  
 Angusto voluit se breuiâre loco?  
 O Pietas! ò fausta mihi indulgentia seruo!  
 Non vos cum misero sic decet esse pios.  
 Non animis maiora datis cœlestibus ipsi  
 Dona: illis vestra est ora videre satis. 20

Hinc



Hinc venit & requies illis, fœlixque voluptas:  
 Ambrosiæ hinc epulæ Nectareusque latex.  
 O! vestri radiosa facit præsentia Divos:  
 Et me fœlicem (quis neget?) illa facit.  
 Si quid ego merui, iudex æquissime Iesu: 25  
 Si quid ego merui, iudicis alma Parens:  
 Est equidem minimum, strictè perpendite quæso,  
 Nam mihi pro nihilo præmia summa datis.  
 Sed vos, in miseros largi, diffunditis altas,  
 Ceu cœli rores, quotquot habetis opes. 30  
 Et velut Oceanus fluit, ac Sol aureas ardet:  
 Sic donis refluit vestra flagratque manus.  
 Præterea mecum sic vos iuvat esse benignos,  
 Seligere vt vestras me iubeatis opes.  
 O fauor! ô dulce! ô mihi vix effabile verbum!  
 O vox Aonijs vix recinenda modis!  
 Nunc mihi jam casu narratur fabula vero:  
 Vos nam verè estis Numina, & ipse Paris.  
 Pallas es, è capite olim æterni, Christe, Tonantis  
 Orte Deus, Ratio, Dia Sophia, Logos. 40  
 Tu pacis Princeps, sacræque inuentor oliuæ, *Isai. 9.*  
 Cum Rex pacificus, natus in orbe, venis.  
 Tu rerum factor, nullas non inuenis artes:  
 Te sine, vt inuitâ Pallade, nulla datur.  
 Quid de te memorem, Virgo? mihi regia Iuno 45  
 Nunc ades, ô veri Sponsa, Parensque Ionis.  
 Tu Dea regnorum, Diuûm Regina potensque,  
 Cœli pandis opes, conciliasque Deum.

108 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Pulchrior es Venere, & diuina Mater Amoris:

Tres superas pulchras vna decore Deas.

50

Tu decus es cœli: per te omnis gratia nobis,

Et laus, & vitæ candor, honorque venit.

Non Paris Idæus, sed ego Portellicus adsum:

Nec formæ inter vos arbiter esse queo.

Quis spectare iubar diuino in fonte Iupernum

51

Audeat? aut soles, ora decora, duos?

Sit Phœbe formosa: sit & formosus Apollo:

Ante decus vestrum forma vtriusque perit.

At nunc ante meos oculos duo ferta refulgent:

Parua nec est oculis gratia facta meis.

60

Sic seruo faciles estis; tamen ipse coronam,

Non facili, dulci sed mihi sorte, legam.

Quælibet est pretiosa, magisque optabilis auro,

Et gemmis, Rubrâ quas legit Indus aquâ.

Et tua quàm veneranda mihi, dulcissime Iesu!

61

O quàm celsa! tuum sepijt illa caput:

Ascenditque tuæ sublimem ad frontis honorem,

In summo æqualis vertice visa Deo.

Horrida non squallet tribulis, sed gemmea fulget:

Gemmea facta tuo, Christe, crude fuit.

70

Tot nitidas spinis gemmas infertat acutis,

Quot sacri guttis sanguinis illa rubet.

Non in Erythræo inuenit Iudæus apella

Æquore; non Rubras naue petiuit aquas.

Nempè tui capitis dum spinis exarat æquor,

71

Incidit in Rubrum nescius ille Mare.

O re

O teneris nunc blanda mihi mage ferta rosetis!  
 O mihi spinarum versus amâror amor!  
 Et tua, Virgo, mihi quàm dulcem spirat amorem,  
 E Paradisiacis ferta corolla rosis. 8a  
 Pulchra est, & mollis, suaves emittit & auras:  
 Nil nisi blanda pæ munera Matris olet:  
 Me natum esse tuum florenti munere prodis:  
 At te illud Matrem plus notat esse piam.  
 Hæc Pietas est Matris, At, ò dulcissima, noli 8f  
 Non victoris adhuc neçtere flore comas.  
 Nunc mihi tempus adest certaminis atque laboris;  
 Has rude donatis, ò Pia, linque rosas.  
 Sed mihi, dum certo, victricem suggere mentem:  
 Sic feret meritum florida ferta caput. 9g  
 Interea, armatam tribulis & sente coronam,  
 Me legere ipsa sinas: Virgo vel alma, iube.  
 Sic me audere iube diuina exempla sequentem:  
 Elige, dic, Nati spinea ferta mei.  
 Annis, ò mihi chara Parens! Serta eligo fronti, 9f  
 Nati in fronte tui, mollia facta meæ.  
 Et tu spinosam elegisti, Christe, coronam:  
 Arbitrio, Iesu, iam feror ipse tuo.  
 Hæc est ærumnis apta huius laurea vitæ:  
 Cingat te tribulis vita cadûca suis. 100  
 Hæc est digna comis misero certantis in orbe  
 Laurea: sic tua frons me, bone Christe, docet.  
 Nam dum dira geris pro nobis prælia victor:  
 Heu! presère tuum spinea ferta caput.

110 *Vite Diui Raymundi Nonnati,*  
 Scilicet in sudore rosæ, atque in puluere luctæ, 105  
 Militis ignaui signa pudenda ferunt.  
 Nec mora, spinosam Raymundo in fronte corônâ,  
 Quamque sibi legit, Christus habere dedit.  
 Tū Dominus Supero cū Matre receptus olympo est:  
 Interque astra duo ferra locata micant. 110  
 O diuine Pari, Iliaco prudentior illo:  
 Maluit ille rosas; eligis ipse vepres.  
 Arbitrè ut sapiens diuinâ duceris arte:  
 Id tibi iucundum est, quod sibi Christus amat.

LEMMA VI.

*Raymundo Nonnato, ex imposta Christi Domini  
 corona spinea, donec deinceps vixit,  
 caput indoluit.*

**M**irus honor capitis sentum diadema tulisse  
 Est, Raymunde, tui quod Deus ipse tulit.  
 Sed tibi (fama refert) ò mirum! tempore ab illo,  
 Vitaque dum superest, indoluisse caput.  
 An spinæ læsere caput? sed nulla videntur  
 Vulnèra, nec rigidi signa cruenta tui.  
 Vnde venit dolor? huius enim iam causa recessit:  
 Iam super astra micat digna corona Polo.  
 Ah! caput intra occulta manet: non panditur extra,  
 Et caput obrecto vepre fidele premit. 110  
 Desiste esse foras circumdans tempora fertum;  
 Cœpit at esse intra tecta corona caput.

Se tegat: esse intus minimè valet illa negare:  
 Sat capitis fœlix indicat ipse dolor.  
 Esse intus neget, alta probans super astra volasse: 15  
 Credo: suam pœnæ sed dedit ipsa vicem.  
 Et satis est præsens spina, in torquente dolore:  
 Ah satis! in sæuo quando dolore manet.  
 Ceu manet in plagâ crudelis vulneris actor:  
 Ceu manus in donis gratificantis adest: 20  
 Sic, Raymunde, tibi Christi benè amabile sertum,  
 Dum dolor in capite est, intus adest, & abest.  
 O mirum Christi arbitrium! sentire corònam  
 Te vult; tectam oculis vult sed habère, suam.  
 Hùc ades, ò Limána Rosa, Inde ò florule cādēs, 25  
 Virgo Rosa, Eoas pulchrior inter opes.  
 Virgineo spinosa tenes in vertice sertâ:  
 Ne pateant, velo sed tegis illa sacro.  
 Quid si Raymundi, postquam dedit ille galèrum,  
 In capite occultat spinea sertâ Deus? 30



112 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

CAPUT VLTIM. *De Beato Raymundi Nonnati fine,  
& felicissimo ad cælum transitu.*

LEMMA VII.

*Raymundus Nonnatus, iussu Gregorij IX. Pontificis  
Maximi Romam proficiscens, Cardonæ lethali  
morbo ægrotat.*

**S**ummus Raymundum Tarpeiâ Præsul in arce,  
Purpurea vt Patrum plus micet aula, vocat.  
Quid non ornaret, qui stella nitebat in ostro  
Cœlica? nec secus ac cœlicus hospes humi?  
Hunc sacri præsentem optarat Pastor ouîlis,  
Murice conspicuos inter habere viros:  
Qui vitæ exemplo Aufonijs luceret in aruis,  
Consilium in dubijs quique salubre daret.  
Audijt ille Patris lætus præcepta supremi:  
Nec mora, mandatam præpes adornat iter. 10  
Non fastu currûm, seruatorumque ibat ad Urbem:  
Incedit segni pompa superba pede.  
Ipsa sibi est in honore oneri, ac velut ardua moles,  
Vix vi, vixque rotâ mobilis, alta petit;  
Haud aliter splendor, fastosaque gloria mundi, 15  
Maiestate graui ducta, mouetur iners.  
Ergo cœpit iter; cœptæque ignorat at ille,  
Quod rata Cardonæ sit sibi meta viæ.

Huc venit, dedit & notos immobile fatum  
Æternâ positum mente, videre lares. 20  
Lata domus cum Herôe lacrum excepere Propinquum;  
Ah! stabiles horrent gaudia fluxa moras.  
Missa, heu! à diro venit febris impia fato,  
Raymundi internâs aulâ cremare fibras.  
Tunc domus in mœstos mutauit splēdida vultus, 25  
Et timet euentus febre minante malos.  
Dumque Machaoniâ infirmo succurritur arte,  
Corporis & tantum quæritur inde salus.  
Corporis vlla subit vix ægro cura salutis:  
Anxius ille animæ pharmaca sacra petit. 30  
Non tanti facit, vt vitales horreat auras  
Perdere: quin Libyæ quæsiit ante necem.  
Feruet amore animæ, sanctoque timore laborat  
Illam æterna suo vivere sacra Deo;  
Plusque auro mundâ, dignâ astris, ducere ad astra 35  
Angelici sociam participemque chori.  
Hæc est cura animæ fœlix: facit ista beatos:  
Hanc, si vis fœlix viuere semper, habe.



## LEMM A VIII.

*Ingrauescente morbo, Sacerdos sacrum vitæ perennis viaticum Raymundo Nonnato ardentèr efflagitanti ministraturus, moras trahit. Sed, ò mirum, & pij desiderij efficacissima apud Deum vis! Cælitùs ad lectum Nonnati aligeri venerunt Angelorum chori, qui iudumentis omnino albis Religiosos sui Ordinis referebant: inter quos vnus splendidior cæteris, vel, vt alij opinantur, Christus Dominus suo corpore Raymundum, postmodùm in cælum migraturum, passus est.*

**C**Rescit amor vetiti, tantoque ardentior vrget,  
 Quantò vrente graues sustinet ignæ moras.  
 Raymundo infestus gliscebat morbus in horas,  
 Plusque illi panis magna cupido sacri.  
 Quis vetat, infirmi sanctus quod feruor anhelat?  
 Quæ mora? & hæc votis vnde inimica pijs?  
 Nemo vetat: segnesque moras trahit ipse Sacerdos;  
 Deses fœlices sed trahit ille moras.  
 Ecce, ò Mysta piger, quod non sine Numine torpes:  
 Vult dare celestem, te sine, Numen opem. 10  
 Dilectumque sibi voluit dape pascere seruum  
 Ambrosiâ, digitis ferreque ad ora suis.  
 Dum tamen es piger, & te auidus desiderat æger:  
 Supplice sic mitem commouet ore Deum.  
 Quid,



Quid, Domine, infirmos proprio qui corpore pascis, 15  
Heu! me diuino pane carere finis?

Immemor es ne mei, functæ quem matris ab aluo,  
O pie, ceu stygio mortis ab ore rapis?

Eia, Pater, me fata vocant: nunc aspice clemens:  
Mortis, vt ante, vide dira pericla meæ. 20

Sume alas, præpesque, vt tunc, emittre iuuamen:  
Mors instat; volucris, dum queror, hostis adest.

Spes mea, Christe, tuus mihi Mystra sit aliger, oro;  
Nescio quâ sacras detinet arte dapes.

Fortè meæ, heu timeo! causant obstacula noxæ: 25  
Hæ possunt celeres illaqueare pedes.

Me miserum! si illas iustus reminisceris vltor;  
Sed satis est tibi, me pœnituisse, pio.

Et modo compunctus plorata piacula ploro:  
Sint deleta, Pater, fletibus illa meis. 30

Fac diuina tuæ veniant mihi munera mentæ,  
Et dignare meam nunc saturare famem.

Quid, Domine, expectas? esse an me Nectare dignum?  
Ahl ego non vilo tempore dignus ero.

Ambrosiâ Indigetes & patci Nectare fertur; 35  
Indiges haud ego; sed sum indigas ipse tui.

Hei mihi! viuifici renuis si pabula panis,  
Si me non pia alit corporis eica tui

Non tantum moriar flammanti febris ab æstu;  
Sed moriar, supero quæ venit orbe, fame 40

Causa duplex mihi mortis adest febrisque, famesque;  
Vtraque crudelis, sed magis alma fames.

**116** *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Non vitæ cupidus morior, quam febris inurit;

At cupidus vitæ cogor obire fame.

Pasce famem, vitæ, Pater, immortalibus escis: 49

Pignus in his vitæ dulce perennis inest.

Audi clamantem lachrimis, & pectore anhêlo:

Et desiderijs auxiliâre meis.

Hæc imò dum è corde Deo suspiria mittit,

Vtque puer, panem fletibilis ille petit: 50

(Numinis ò Pietas! celeres ò fletibus aures!)

Aligeri veniunt lucis ab arce chori.

Illis par decor oris erat: par candida vestis:

Par crux in cl peo pectoris alba rubro:

Nolascique pares proli, candore, notâque; 51

Natos esse suos nemo negare velit.

Accensisque manus facibus longo ordine fulgent,

Et via funali lumine tota micat;

Milleque Panchæis redolet suavisissima fumis:

Æthera per liquidum thuris & ibat odor. 60

Vnus tot Proceres inter generosior, altâ

Maiestate loci, munere, & ore micat.

Hic sacra Raymundo portabat munera vitæ,

In gemmâ astrifero plus rutilante Polo.

S. d quis sit, dubio fertur sententia voto: 65

Cogit maiestas, munus, & ora viri.

Sunt, solùm irradians quibus Angelus esse videtur,

Quem vehit, & Domini luce micare sui.

Ast alij Christum esse putant, qui munera vitæ

Gestat, & à verbo pabula facta suo. 70

Myſta potens nitido graditur manifeſtus in ore;  
 Et ſimul alba illum panis imago tegit.  
 Ergo chorus Superûm Dominum demiffus adorat,  
 Sublimem hiſce modis; vt latet, vtque patet.  
 O ſœlix æger! totus tibi panditur Æther, 75  
 Et venit ad lectum cœlica pompa tuum.  
 Hanc videt intrantem Raymundus, & alta repleti  
 Lumine cœleſtis tecta repente Poli.  
 Audit tû quoque dulce melos, modulosque beatos:  
 Audit & Angelicæ fila canora lyræ. 80  
 Orpheus vnus ibi, vnus non reſonabat Arion;  
 Dulcior his ſuaui quilibet ore canit.  
 O Domini Pietas ſeruum miſerantis egenum!  
 Tunc Raymundus ait. Norat adefſe Deum.  
 Norat adefſe dapes toto ſibi corde cupitas: 85  
 Nec ſine viuifico manere poſſe mori.  
 Et ſe compoſuit, venienti vt cernuus eſſet,  
 Subditaque offerret languida membra, Deo.  
 Cui grates dedit: & liquefactus munere cœli, 90  
 Impleuit lachrymis ſtrata pudica ſuis  
 Ad lectum accedeſſere chori, & longo ordine proni;  
 Hinc atque hinc flexo procubuere genu.  
 Per mediosque choros, fuerit ſiue Angelus ille,  
 Baiulus aut Chriſtus corporis ipſe tui: 95  
 Fulgidus inceſſit cum maiestate decorâ,  
 Raymundi caſtum ſupplicis vſque thorum,  
 Procinus è nitidâ cœleſtia fercula gemmâ  
 Extrahit, & vitæ nectara ſacra piæ;

118 *Vite Diui Raymundi Nonnati,*  
 Raymundumque Dei pavit dulcedine recti, 110  
 Pavit & omnigeni diuite pane boni.  
 Interea Domino cecinere ter agmina *Sæctus*  
 Cœlica: dulce magis nec potuere melos.  
 Pòst, nitidos pennæ cohors reuolauit ad orbes:  
 Manit at in tectis mihi us euntis odor. 105  
 Vidit Raymundus: Superisque abeuntibus, agrâ  
 Voce ait: ò me me ducite ad astra, rogo.  
 Me me (vobiscum, Superi simul ipse volabo)  
 Expectate parum: mors mihi prompta lubit.  
 Iam morior. Tu me mi dulcis suscipe Iesu: 110  
 Hanc animam in palmas, accipe, trado tuas.  
 Dixit, & alma sacro discessit corpore vita:  
 Plenaque mens meritis astra petiuit ouans.

LEMMA IX.

*Mortuus est Beatus Raymundus Nonnatus die vigesima-  
 noua Augusti, anno Domini 1240. Corpus eius, suavis-  
 simum exhalans odorem, quindecim diebus in sepul-  
 tum concurrentium venerationi populo-  
 rum obijcitur.*

**M**ensis erat sua qui de Augusto nomina sumpsit:  
 Qui falci tradit ruris opimus opes.  
 Virginis Icarix quò Sol lubit aureus astrum,  
 Et iubare Erigones flammeus virget equos.  
 Sed propè finis erat Mensis: duo lumina Phœbo 5  
 Tantùm ibi restabant: tam prope finis erat.  
 Quo

Quando Ray mundus, cœli pinguiſſima meſſis,  
 Et matura Deo, falce putatur humo:  
 Aſcenditque domum, Ieſſæ & Virginis aſtra:  
 Matris vbi antiquo fulget amore piæ; 10  
 Quando carens animâ corpus iuuenſ e reliquit,  
 Nondum octo fuerant luſtra peracta ſibi.  
 O corpus Pylij dignum, vel Neſtoris annis,  
 Vel Phœbi quotquot neſtate viuit auis.  
 Viuis adhuc extinctum? animæ cœleſtis odorem 15  
 Spiras. Pro vitâ num tibi manſit odor?  
 Manſit odor pro vitâ animæ, quæ habitauerat artus.  
 O animæ fœlix aſtra tenentis odor!  
 O virtutis odor! quæ caſto in corporis agro  
 Inſita, nunc mittit lilia, fertque roſas: 20  
 Ambroſios vnguenta gerit ſpirantia odores,  
 Quidquid inhalat Arabs, quidquid O: ōcis humus.  
 O corpus fragrans! in te qui vixerat antè,  
 Et benè Chriſto oluit: nunc quoque ſuauiſ olet.  
 Traxerat ille ad ſe gentes virtutis odore: 25  
 Tu populos ipſo, Corpus, odore trahis.  
 Nempè Catalaunos poſtquàm ibat fama per agros,  
 Raymundum noſtras non habitâre plagas;  
 Sed tu ſe terras Supero ſpectâre in Olympo,  
 Sidus & æternâ luce micare nouum; 30  
 Ceu Aquilæ veniunt ad corpus præpete pœnnâ,  
 Olfaciunt longè, & diſſita membra vident:  
 Haud alitèr populi quos claro Bætulus amne,  
 Quos Rubricatus adit, quos ſycorisque rigat:

120 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*  
 Raymundi ad fragrans celeres venêre cadauer, 34  
 Et cœlum in terris illud olere vident.  
 Quid virtus, castique queant sine crimine mores,  
 Exinctæ in miro lucis odore stupent.  
 Ah! frustra suavi perfundis tempora nardo:  
 Improbe; tunc peius quòd malè viuis, oles. 40  
 Non mors, sed diram exhâlat mala vita Mephitim;  
 Durat odor iusti pòst sua fara viri.  
 Ergo pijs patuit populis ter quinque diebus,  
 Condere nec licuit nobile corpus humo.

LEMMA X.

*Deuota ac pia inter Cardonæ Comitem, & Sacram No-*  
*lasci familiam, super locum in quo Venerabile Beati*  
*Raymundi Nonnati corpus debebat sepeliri, oritur alter-*  
*catio. Hæc quidem, ex vtriusque partis consensu, sorti*  
*committitur illam resolutione. Inclusum ergo Nonnati*  
*corpus in decenti sarcophago, mula cæcæ vehendura*  
*traditur; ut quò illa si onse detulerit, ibi*  
*tumuletur.*

DUM populi ora colût Raymûdi extincta frequêtes,  
 Dum cœli captos vis & odora tenet:  
 Exoritur deuota quidem & pia quæstio amoris:  
 Quis pia ni dulcis bella mouêret amor?  
 Certabatur enim Patris almû ubi corpus humadû;  
 Nec decrat ratio, ius neque cuiq; se suum.

Cardonæ Comes allegabat iura propinqui:  
 De genere exanimum corpus & esse suo.  
 Sed neque Raymundum nutu sine Numinis alto  
 Intra cognatos appetiſſe lares. 10  
 Unde ſacrum, duplici cœli iam munere, corpus  
 Sorte ſibi eſſe datum, ſtirpe datumque ſibi.  
 Theſaurum te intra proprios reperiſſe penates,  
 Qui cœli abdit opes: qui nihil eſſat humi;  
 Quo dici Cræſſo, Cræſſoque beator ipſo, 15  
 Et toto Attaliciſ Regibus orbe queat.  
 Se cœlo ingratum fore, ſi non oſſa ſepulchro  
 Condat, Purpurei reſſiquiaſque Patris:  
 Cardonæque infidum, almo ſi corpore priuet,  
 Præſcia quod gremio fata dedere tuo. 20  
 Quin illud potias Patrio ſub marmore ſeruet:  
 Magna ſibi ſacrum gloria pignus erit.  
 Hæc ille. At Nolæſcigenæ, ſobolesque Mariæ  
 Candida, ſic contra, ius probat eſſe ſuum.  
 Id quod enim caſu verit, & fortuna remittit 25  
 Cœca, nihil pro ſe iuris habere potest.  
 Nullam numen habet, ratione nec vitur vllâ:  
 Præcipitiſ ſolo labitur orbe rotæ.  
 Fors fuit infœlix, Cardonæque impia tectis:  
 Fato ereptus vbi eſt, qui iuſ hospes erat. 30  
 Tùm viſo hoſpitiom ſua ibi cui fata tulêrunt:  
 Lumine iam caſum quomodo habere velint?  
 Et Pater auratas viuis iam fugerat aulas;  
 Nunc æger moritur, ſumat vt inde fugam.

122 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Clara nec in corpus Comiti cognatio factum 35  
Confert iura, sibi nec retinere licet.

Nobis Nonnatum dedit & sibi Virgo sacrauit:

Ergo sumus fratres illius, illa Parens.

Audeat ecquis eum tali fraudare Parente?

Et nos fratre albâ Relligione fato? 40

A rutilo hic poterit lucem teiungere Phœbo:

Hic quoque Ledæum dissociare genus.

Vivere nobiscum cupijt, vixitque colendus:

Et modo nobiscum mortuus esse cupit.

Iam Pater à nobis expectat funera dulcis. 45

Eia ad nos spectat tradere corpus humo.

Nos illi excelsas olim donabimus aras,

Et cultu laudes, thura, precesque, pio.

Marmore nunc Phrygio corpus signabimus almū,

In quo Cardinei sint sacra gesta viri. 50

Sic certare libet: sed pars non flectitur vlla:

Nescit enim vinci pignoris almus amor.

Non secus Argiuis, clarum decertat Homerum.

Vrbibus ex septem quælibet esse suum.

At deuota quidem poscebat quæstio finem: 55

Partibus & visum est, iudice sorte, dari.

Sors electa fuit, concordæ amplexa que voto:

Nalique arbitrio fallere docta tuo.

Quæritur en priuata oculorum lumine mula:

Vt fors Thebani iudicis ora gerat. 60

Traditur huic sacrum, scælix & sarcina, corpus:

Quò vel it, & nullo sub duce, ipontè ferat.



Lex tamen vna fuit: figendum vbi cumque sepulchrum  
 Siltat fortuitum libera mula gradum.  
 Interea pendent animi, cui candida parti  
 Sors faueat, vultu prospiciatque bono.

65

## LEMMA XI.

*Cardona cœcum animal, sub nullo ductore, Portellum ve-  
 lã proficiscitur. Ibi ad limina domus Nonnati genufle-  
 xum procumbit. A tergo frequens insequitur turba, que  
 accensis venerabile corpus comitatur cereis. In via, que  
 quatuor leucis constat, exorta tempestate, nec pluuie, nec  
 ventorumvi, lumina extinguuntur. Populorum campanæ  
 vicinorum, sacro transeunte corpore, non hominum ma-  
 nu, sed vltro, festiuum edunt sonitum. Tandem mula ad  
 sacellum Diui Nicolai perueniens, ibi, vsque ad sacræ  
 sarcinæ depositionem, immobilis  
 perseverat.*

**F**Unera, Musa, cano: sed non Lugubria; miri  
 Miraque Nonnati funera, Musa cano.  
 Nunc mihi cygneum aspira de funere carmen:  
 Defuncti fac ego sim Patris albus olor.  
 Ergo Cardonã, Comitisque abscedit ab aulã, S  
 Mula ferens sacri frigida membra Patris.  
 Quæ, licet orba oculis, facibus flammantibus ibat,  
 Ostro tecta quibus funebris vna micat.  
 Post se turba frequens, gemini discrimine sexus,  
 Lucebat nitidã, sed procul illa, face.

10

Hoc

124 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Hoc pia relliquias Patris afficiebat honore,  
Arque erat exequijs splendida pompa suis.  
Quò tendat nescit: pia nec deuotio curat:  
Sed cœcâ gaudet quolibèt ire duce  
Quin, duce sub cœcâ, Fidei præsentit in astro, 19  
Mortua vectorem ducere membra suum.  
Protinus & visum, quo tenderet auspice mula,  
Et quo spectaret lumine cœca viam.  
Portelli desumpsit iter: non gressibus errat  
Incertis: dubias non trahit illa moras: 20  
Corporis occultas sentit moderantis habenas:  
A sacro sentit pondere seque regi.  
Sarcina calcar erat tacitum: ductoris & instar,  
Non secus in mula dulce equitabat onus.  
Interea clarum obscurant, cita nubila cœlum, 25  
Et Phœbea nigra lumina nube latent.  
Humidas insurgit, pluuijsque sonantibus, Auster:  
Cumque Euro zephyrus mutua bella gerit.  
O mirum! has ventorum inter nimbique procellas,  
Hos hostes inter quos leue lumen habet: 30  
Splendida inextinctum seruant funalia lumen,  
Et tenuis ventos flammaque ridet aquas.  
Sic feretri lucère faces populique vidères,  
Acti pulsâ iret nube serena dies.  
Scilicèt horrendos rapidis cum flatibus imbres, 35  
Prouida tunc cœli mittere cura fuit:  
Ensiser vt nimbo ossa Patris veneretur Orion,  
Vtque colat ventis Æolus illa suis:

Illaque Pleiadum fuso decorentur vt imbre,  
 Vtque Hyadam simili nimbus honore pluat; 40  
 Stellaque nulla sit (aut ventos, aut concitet imbres)  
 Quæ necet aut vento, aut funeris imbre faces.  
 Vt videant populi tutelâ ardere iacentis  
 Lumina: nimboſas nec timuisse minas.  
 Quin ſi illa aut venti vis, aut extingueret imbris, 45  
 Non arsûra minùs corporis igne ſacri.  
 Sic Deus ostendit celsi regnator Olympi,  
 Raymundi virtus ignea quanta fuit:  
 Dius quantus amor, qui inter tormenta refulsit  
 Horrida: qui tortus tunc magis arsit ouans. 50  
 Non delere ſacros potuit furor Africanus ignes:  
 Flammea non rigidis verba gelare ſeris:  
 Non pœnis inde effuſus crudelibus imber,  
 Non ſagra, non antri nox diuturna trœcis.  
 Ergo vt non valere ſacrum fera flumina amorẽ 55  
 Obruere, & pœnis Africa torua ſeris:  
 Sic nec funereas Raymundi extingueret lucas  
 Tempeſtas: ſat erat funeris eſſe ſui.  
 At poſtquam ſiluit ventus, ceſſauit & imber,  
 Et tersâ redijt fronte ſerena dies: 60  
 Res noua concursûs fidas peruenit ad aures,  
 Quâ circumſtantes obſtupuere pagi.  
 En feſtius ſonant altis in turribus æra,  
 Nullâ hominum (mirum!) facta canõra manus:  
 Dulciſoniſque leues implent tinnitibus auras, 65  
 Et mulcent aures, corda mouentque virûm.

126 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Namque statim, audito vicina per oppida plausu,  
Attonito Ecquid erit? quilibet ore rogat.  
Et tolerare moras nequeunt ardore scienti,  
Æris onâ cælum quid nouitate canat? 70  
Ergo vnâ festini omnes saliantque ruuntque,  
Vndique per campos, vndique perque vias;  
Dulcia cum pupis sugentibus vbera matres,  
Virgo, puerque, suas deseruere domos.  
Non tot enim litrum mouit resonabile turbas, 75  
Dum vocat ad cultus Iudis æde sacros:  
Cymbala sed neque tot sonitu Corybantia rauco,  
Orgia turritigeræ cum facienda Deæ:  
Quot Deus atrox ait Nonnati ad funera plebes,  
Insolitis motas ære sonante modis. 80  
Tum procul aspiciunt confuto plurima visu  
Lumina: cum turbâ seque mouere graui.  
Iam propè, purpurei esse vident sacra funera Patris  
Sed neque, mula ferat cur pia membra, later.  
Protinùs hæc aiunt: Fœlix, quæ cymbala plaudunt 85  
Nulla tacta manu, sed dominante Deo.  
Sic herôa viri virtus ostenditur orbi  
Esse prius curâ iam celebrata Dei.  
Æra canunt, referuntque intigne per æthera nomē:  
Nomen in aeris turribus æra canunt. 90  
Æra sonant faustâ Nonnati in morte canôra:  
Et bene non mœstis planctibus æra sonant.  
A cælo Raymundum illis lugere negatur:  
Cœlestis lachrymis non capit aula tuos.

O quam, si nobis detur, lugubrè tonarent: 95  
 De nostris caperent fletibus æra sonos.  
 Et gement super extincto lachrymosa Parente,  
 In quo omnis probitas est quasi visa mori.  
 Lumen erat, sidusque nouum fulgebat in orbe,  
 Effundens vitæ lumina clara tuæ. 100  
 Heu tulit atra piùm Libitina Patremque ducēque!  
 Et decus heu nostrum, præsidiumque tulit!  
 Dum Numen populi in sancto mirabile seruo  
 Laudant, dum lætus fertur ad astra sonus:  
 Ad Patriam accessit Nonnati mula decòram, 105  
 Ad Portelliaci rura beata soli:  
 Et quæ sola quidem Nonnato germine florent,  
 Edita nec partu dulcia poma ferunt.  
 Iam non Elæfios miretur Græcia campos;  
 Nonnati miro floris honore carent. 110  
 Ast ubi mula domûs præclara ad limina venit,  
 Dicitur inflexo procubuisse genu.  
 Bestia fœlices (mirum!) est venerata penates,  
 Tecta quasi nosset ponderis esse sui.  
 Atque humili ritu voluit quoque grata videri, 115  
 Vnde sibi sacrum ferre veniret onus.  
 Nicoleos miri inde petit festina facellum,  
 Vulgò qui Barù nobile nomen habet.  
 Qui tunc Portelli meritò celebratus in oris,  
 Fulgebat populis fidas & ara pijs. 120  
 Ergo ubi mula sacram Diui peruenit ad ædem:  
 Constitit, & templi meta fuere fores,

128 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*

Mansit ibi immutata, nec expectata recessit:

Coelitus ostentum caesa peregit iter.

Turba sequax, spatio post tergum disita longo,

Lata tulit vocis sidera ad usque tonos. 125

Hic locus est, ait, hic, repetit mirata, sepulchri

Est locus: hanc tumuli fors notat æde locum.

O fors mira, Deus quam denotat indice cæcâ!

O fors orba oculis sic oculata magis! 130

Hanc laribus Puer à patrijs Nonnatus ad ædem

Venit, ut orta viæ fumeret alta sacrae

Nunc sibi certa datur magnorum meta laborum:

Postque viæ cursum, quâ requiescat, habet.

Tunc pedibusque suis & nutu venit Olympi: 135

Nunc quoque, sed vectus quadrupedante venit.

Tunc sine matre, piam venit sibi querere Matrem:

Nunc sine Matre piâ mortuus esse nequit.

Quis te non laudet modò, capta ò lumine mula,

Quando Deus per te mira videre facit? 140

O benè digna Polo! Sileni proijce asellum

Pandum: teque inter sidera clara loca.

Proijce quot nitidus suffert animalia Olympus;

Iure ibi pro cunctis sola micare potes.

Sume tibi illorum per totum fulgida corpus

Sidera: Zodiaci signa corusca refer.

Iam tibi se tigres subdant, lyncesque Lyæi:

Et qui frugiferae dant sua colla Rheæ:

Quique trahunt cygni currum Cythereidis albi;

Solis equi, & Martis, quadriiugesque Iouis. 150

Numina tu fœlix humeris non falsa tulisti;  
 Sed qui, vera inter numina, numen ouat:  
 Qui Maurusiacos domuit lyncasque tigresque,  
 Certè homines, Libyes quos fera nutrit humus.  
 Quos vitijs alit immanis aëtos terra leones;  
 Quos Venus obscœnâ sub iuga calce premix. 155  
 Qui meliùs lapsò totum Phœronte per orbem  
 Diuini est ausus ducere Solis equos:  
 Inque rotis firmus, diuino flammeus igne,  
 Vñt humum, gelidos torruit ille viros. 160  
 Qui plus Marte ferox vitiorum diruit agmen,  
 Et spolia inferno de Ioue multa tulit.  
 Qui fuit ipse Dei velox quadriga Tonantis,  
 Vt celerem miseris ferret amicus opem.  
 Se portasse Iouis currus Aquilamque pudebit, 165  
 Te portasse sacri cum sciat ossa Patris.  
 Sic fortunatam fœlici pondere mulam  
 Laudabat casu plebs stupefacta pio.

## LE M M A XII.

*Mula, postquam capsa sacri corporis exonerata est, subito exanimis corruit. Intra sacellum tumulus, quantum opportunitas permisit, decens erigitur: in quo corpus Raymundi Nonnati celebri populorum acclamatione collocatur.*

**S**peratum satis est: Mulâ deponite corpus:  
 Hunc satis illa monet funeris esse locum;

130 *Vitæ Diui Raymundi Nonnati,*

Quin etiam campana loquax, hoc pendula templo,  
Deberi templo consonat ossa suo;

Cætera iam linguas frænarunt æta sonôras, 5  
Huic hilares linguæ cedere iussa sonos;

Instabat populus repetitis vocibus. Ergo  
Funebris à claris tollitur arca viris.

Vixque accepta humeris (rem miram!) mula repête  
Excidit exanimis: mortua prescit humum. 10

Obstupuêre viri, subitumque applaudere fatum,  
His cæpit placidis candida turba modis.

Tempus erat, moderante Deo, nec grâtius vllum,  
Quo posset subitò baiula cæca mori.

Nàm certum propriâ signauit morte sepulcrum; 15  
Si non hoc esset, viueret illa magis.

Sors fuit æqua sibi: gestat dum pignora, vixit:  
Viueret deposito pignore fata verant.

Non vnum confecit iter, cùm constitit æde:  
Mensa viam vitæ est tunc simul illa suæ. 20

Viueret nec decuit, subdat ne colla profanis  
Ponderibus, diuum quæ subiêrat onus.

Vel circùm ne fortè trahat versatile saxum,  
Cæca Ixioneo gyret & orbe rotam.

Præmia an ista forent perfuncti iusta laboris? 25  
O quam etiam brutis dat meliôra Deus!

Mollem assuetus equus quondam gestare puellam,  
Manustisque suæ moribus aptus heræ:

Pontifici fertur Tutco inseruisse Ioanni,  
Dum Byzantiaum pergit ad vsque solum. 30



Redditus at Dominæ, blandus non paret vt ante,  
 Sed muliebre ferox ferre recûlat onus.  
 Sancto terga Sacerdoti subiecerat ille,  
 Iamque Dei vector ritè superbit equus.  
 Ergo sacro mulier misit deterrita Patri: 35  
 Et seruire viro præmia duxit equus.  
 Præmia sed mulæ dantur, ne seruiat vlli:  
 Et quia magna sibi, maluit antè mori.  
 Corporis interea sacri componitur vrna,  
 Et meliøre decens quo potuère modo. 40  
 O quantos animos, & qualia corda repressit,  
 Temporis & spatium tunc breue, tuncque loci.  
 Nàm subitum Pario voluissent marmore templum  
 Condere, purpurei grande capaxque Patris:  
 Floribus exornare dicata altaria pulchris: 45  
 Aras Panchæo thure adolère pias.  
 Feruida sed Portelliacos plebs fusa per agros,  
 Mira viæ, fecit quæ Deus, alta canit:  
 Pignore quam sancto terras ditavit Ibêras:  
 Quam pius Æthereæ fuderit arcis opes; 50  
 Iphis vt dederit portum, quo ponere tuto  
 Possint aduersis corda agitata malis:  
 Quantum opis aufugio sperare licebit in illo:  
 Quantum conciuēs proderit esse suos;  
 Nàm quibus in terris fuit auxilio: incola cœli 55  
 Illis præsidio nunc magis esse voler.  
 O decus! ò ingens Patriæ solamen amata,  
 Cui Nonnata tui corporis ossa fauent!

132 *Vita Dni Raymundi Nonnati,*  
 Insonuit mons cantu, & carmina reddidit Echo,  
 Rustica Portelli nympha, sonôra tamen. 60  
 Hoc sonitu ad tumulum gentes venêre vocatæ,  
 Quas procul effusis tingit Ibêrus aquis,  
 Et precibus votisque sacrum coluêre sepulchrum,  
 Et fixêre suo plurima dona tholo.  
 Tum Deus, vt famuli ostendat mira ossa beati, 61  
 Nullius est vacuas passus abire preces.  
 Numen inesse loco patuit, genijque potestas  
 Magna pij, oratam cuique ferentis opem.  
 Musa, modo miracula sile, post illa canemus;  
 Quæ neque sunt claudis côm memoriâda modis. 70

LEMMA XIII.

*Gregorius IX. audita Beati Raymundi Nonnati morte,  
 Romam ab eo vocati proficiscentis, casu viri tanti  
 dolet, & mirificis illum laudat commen-  
 datque præconijs.*

**F**ama per Ausonias volitavit funebris vrbes;  
 Terruit & tristi Martia tecta tubâ:  
 Et septemgeminas Vibis clangoribus arces,  
 Purpureos Patres, Pontificisque thronum.  
 Flebile quid ni illis, satis & feralè canebat?  
 Quid nisi Nonnatum fata tulisse Patrem?  
 E terris illum Romam excessisse profectum,  
 Vi morbi, atque artus febre cremante pios?  
 Nec morti celsisse, priusquam Christus ab alto  
 Cœlo illapsus, ei pabula diâ daret?

Tunc voluisse mori terris, & viuere cœlo;

Nam dapibus pastus scandit ad astra sacris?

Hæc illa. Et fleuere Patres, & purpura fleuit

Extincto Domino pallida facta suo;

Questaque de Parcâ: Iuuenis cur Principis, inquit, 15

Sramina, crudelis, murice tincta secas?

Heu! cuius virtus Tyrio fulgebat in ostro,

Puniceis sicut lilia mista rosis;

Vnio ceu vestita auro Gangetica candet,

Ceu sparsa rutilans igne pyropus ouat. 20

Nec per te Herodem spectare in murice magnum

Fas Romæ; ò claris insidiola viris!

Heu! diri aggressa est venientem more latronis:

Inque viâ vitæ pignora chara rapis.

Impia furta viri Roma si aggressa fuisses: 25

Illâ minus, sed erant impia furta viri.

Tunc vnum, sed grande quidem, solamen haberets

Sacrum purpurei corpus habere Patris.

At caret, ah! lugens venerandis ossibus illa,

Orbx nil reliqui quàm sibi flere manet. 30

Quin Pater ipse sacri summus moderator ouillis,

Purpureo creptam de grege fleuit ouem.

Heu quot iacturas, inquit, numeramas in vno,

Rapto immaturè fata per atra, viro!

Purpurei amisit splendorem Roma Senatus: 35

Dotibus ò quantis claruit ille sacris.

Phœbus erat radijs vitæ cœlestibus almæ;

Heu decus amisit Curia nostra suum!

134 *Vita Diui Raymundi Nonnati,*  
 Nonnatum, sibi sed miro sub nomine natum,  
 Tellus amisit sidus ibera nouum. 40  
 Certa dabat Lalærânis oracula terris:  
 Rebus in afflictis Paxque Salusque foit.  
 Heù quoque Relligio intemeratæ candida Matris,  
 Nutu captiuus orta secunda suo,  
 Amisit natum, natumque à Virgine missum. 45  
 Qui sibi iam columeo grandeque lumen erat.  
 Heù magnum amisit cœlestibus incrementum!  
 Luce suâ cœlo plurima corda dabat.  
 Amisère inopes Patrem; & quos vincula torquent  
 Barbara, qui soluens sumeret illa sibi. 50  
 Heù, vno Nonnato extincto, amisimus omnes:  
 Curia, Relligio, Patria, Captus, Inops!

LEMMA VLTIMUM.

*Raymundus Nonnatus Nolascum Parentem suum, quò  
 visitandi causa, eius sepulchrum adierat, citò mori-  
 turum monet.*

**I**Am Raymundus apud Superos ter quinq̄ beatus  
 Annos, in rutili sederat arce Poli;  
 At pius ipse, vbi mors non est, mortalia curat:  
 Fata vicesque virum, quâ iuuet arte, videt.  
 Quæ viuo fuit, hæc eadem tellure repostum 5  
 Insequitur Pietas pectore fixa suo.  
 Et modo scælicis post tota hæc tempora vitæ,  
 Nolasci non est immemor ipse Patris.

Venerat hic tumulum deuotus visere nati,  
 Et sacros cineres, reliquiasque, sui 10  
 Supplicibusque piâ precibus dum commouet urnam,  
 Forsân lenta querens fata venire sibi:  
 Ossa, sacrique Patrem cineres sensêre gementem,  
 Natus & Ætherio sensit in orbe sitas.  
 Ille, Parer, te iam astra petunt, respondit ab astris, 15  
 Lucida iam meritis sella parata tuis.  
 Iam moriêre citò: iam velox Atropos vrget,  
 Et scindet vitæ pensa decora tuæ.  
 Nunciat en Natus mortem iam instare Parenti,  
 Et tenerè hoc monitu monstrat amare Patrê. 20  
 Nam canit & claros Patrem finire labores,  
 Et luctas animi fausta que gesta sui.  
 Et propè iam pulchrum certaminis esse brauûm,  
 Et quæ angore quies sit sibi parta tuo.  
 Nec sibi differri meritas post prælia lauros: 25  
 Sunt sic victori præmia grata magis.  
 Ponti acsi victis diuinet Apollo procellis,  
 Post possessuram littora tuta ratem:  
 Multum equidem nautas diuinus amaret Apollo,  
 Et manifesta foret pronida cura Dei. 30  
 Tum seruo cingant lati frondente carinas,  
 Et Pæana sonent voce canente sacrum.  
 Non terrent iustos vicinæ oracula mortis:  
 Fœlix grata illis omina cantat auis;  
 Namque vident cœli sedes & ad astra vocari 35  
 Lucida, & æternas pacis adire domos.

136 *Vite Dini Raymundi Nonnati,*

Non sperata malos torquet prædictio mortis:

Reg. r. Audijt hanc Saulus, vixque remansit homo.

c. 28. Quin etiam Superi iustis hæc nuncia gaudent

A dextro cæli culmine ferre viris. 40.

Lætitia pars est, socios sibi iungere sanctos,

Et regnare sacro lucis in orbe simul.

Quosque Deo claros peperere iuante triumphos,

Inter victores dinumerare choros.

Hinc Patri, dedit eloquium cui nomen ab auro, 45

Aurum cuique fluens aurea lingua fuit:

Oranti æde tuâ: Locus (ò Christi inclyte Martyr)

Nos idem iunget cras, Basiliscæ, canis.

Hinc quoque Raymundus monuit de funere Patrè,

Nec tolerare vllas fata propinqua moras. 50

Ille breuè ad superam conscendit mortuus aulam,

Gaudia vbi natus cum Patre iuncta tenet.

Iam, Pater Raymunde, tuas perègi,

Non lyrâ grandi, cytharâ aut canorâ,

Et nec excelsi altifono cothurni

Carmine laudes.

Musa virtutum voluit per altos

Ire montes, quamquam humilis, tuarumq;

Dum tua exili fauet aura vati,

Flatque benigna,

Carceres pœnas, labra perforata,

Et serâ dixi religata ditâ,

Et diu dulcis sine voce linguæ

Martyrium ingens;

Te Redemptorem quoque, Charitate  
Feruidum celsâ, Libyæ ferocis  
Antra spernentem, & strepitum catenæ  
Crura ligantis:

Quos & effractis laqueis redemptos  
E specu soluis Libyco, & quot ipse  
Te super iactis redimis catenis  
Compede vinctos:

Et facer quos de Ithyge Præco sæuâ  
Barbaros Mavros, Abramique prolem,  
Extrahis linguæ cytharâ potentis,  
Christi ad ouile.

Hos tibi claros numeras triumphos:  
Hæ tibi laurus, tibi sunt coronæ,  
Dura dum Christi geris almo honore  
Prælia victor.


Sanguine hinc palmas proprio decoras  
Purpura ostendit meritis adepta,  
Quâ tuam summo placuit Parenti  
Cingere frontem.

Tu choros inter rutili beatos  
Diceris Nonnatus apex Olympi:  
Laude Nonnati frueris perenni  
Vnicus ipse.

Sis memor laudes humilis poetæ  
Ad tuas, mirande Parens: mihi que  
Sit satis paruo cecinisse magnum  
Carmine Nomen.

FINIS.

MI.



MIRACULORUM  
 DIVI RAYMVNDI  
 NONNATI.

LIBER VNICVS.

**P**ostquã Te cecini, & sacros Raymũde, triũphos,  
 Seu benè quos Libyco duxisti victor ab hoste,  
 Christi rubra tuens dextrã vexilla potenti;  
 Seu quos ab Stygio cinctus cœlestibus armis:  
 Nunc tua, quæ toto orbe nitent, miracula canto, 5  
 Munera sola Dei, naturæ visa stupore,  
 Facta ignota sibi, & cunctas superantia vires,  
 Aëris, & Ponti, & magnæ telluris, & ignis,  
 Excluto veniunt quæ nobis ordine rerum. 10  
 Tu non in supero es miserõrum oblitus Olympo:  
 Inde vides casus hominum, tristesque labores,  
 Et celer auxilium præstas, audisque vocatus  
 Ad morbi solamen, & immedicabilis ægri:  
 Ut curas animi sedes, medeâris & æstus: 15  
 Omnibus æqua salus afflictis. Vnde ego iam, inter  
 Mira tot, addubito narrandi exordia summam?



Sed quia prima Tibi gravidis est cura fauendi  
 Matribus, & faciles partu dare foetibus auras;  
 Nec damni ignarus miseris succurrere discis, 20  
 Ex quo Eoa Tibi matris mors impia clausit  
 Ostia, iam ante parans Tibi, quã exoriãre, sepulchrũ;  
 Mira sed inde trahis Nonnati nomina fausti,  
 Morte stupente suis raptum Te è faucibus esse:  
 Hinc canere incipiam. O quoties Lucina vidẽris, 25  
 Esse nec auxilio diuina Diana negãris.  
 Mille laborantes sic te sensẽre puella,  
 Quin & mille modis partus mollescis acerbos.  
 Si qua vocat Te (nam norunt satis esse, vocasse)  
 Nominis ad sonitum vitales edit in auras  
 Infans, qui roseo visus risisse labello: 30  
 Nempẽ velut grates Tibi aperto proferat ore,  
 Quòd Te non matri fuerit resonante molestus.  
 Altera iam diro partũs vicina dolori,  
 Vota precẽsque tuas supplex effũdit ad aras:  
 Post secura parit. Spem certam inuẽnit in aris. 35  
 Sãpẽ puerperium horret non experta puella,  
 Speratque metu parrus, quasi tradita morti,  
 Nil minus illa timet: tamen hanc solatur imago  
 Vultus sacra tui: nec se se pascit inani  
 Picturã, validas sed sentit pectore vires, 40  
 Quemque timet, fœlici excludit sidere partum:  
 Inde edocta, metu sine, moltam educere prolem.  
 Altera difficili fermẽque emortua partu  
 Ingemit; affertur tanti medicĩna laboris,

140 *Mirac. Diui Raymundi Nonnati,*

Corporis alba tui vestis, capitisue galærus: 49  
Tangitur his, partusque venit tunc mollis ad ægrâ,  
Pulcer & exoritur pacatis fluctibus infans.  
Sæpè Tibi facer ægrè parturientibus ardet  
Cereus, & cœcâ tenebras detrudit ab aluo  
Nixibus obstantes scelicibus, atque cupitum 59  
Matri dat puerum, puero dat luminis auras.  
Quid facient cineres, & sacri corporis ossa,  
Cum tua in externis sit mira potentia rebus?  
En venit inuerso non scelix ordine partus,  
Cum pedibus prodire puer malè tentat ad auras, 59  
Seu obliqua gerens inflexo corpore membra:  
Tunc Tui ad attactum sacri infans ossis obêdit,  
Naturæque tenet seriem, nec gressibus errat,  
Concedens capiti sumendæ exordia vitæ  
Debita, rectum iter & cœcis ostendere plantis; 60  
Nec minus implicitos euoluit protinus artus.  
Sin proles miseram infestet iam mortua matrem,  
Aluo exire iubes, & matris parcere fatis:  
Nec mora, multoties fœtus sunt visa tenelli  
Putrida de viuo iactari membra sepulchro. 65  
Nec semel infantem, quem matri fata tulerunt  
Vix natum miseræ; qui utero vel mortuus exit:  
Ad vitam reuocas, orbæ suspicia matris  
Missa Tibi, lachrimasque vidēs, geminūque dolorē:  
A missâ heu! prole, & frustrati incōmoda partus. 70  
O quoties steriles ad te venère maritæ,  
Connubij deesse sibi sua præmia flentes,

Chara quidem, & socij communia pignora lecti,  
 Nec vacuas fudère preces, lachrimasque rogantes.  
 Nec sibi Te ceu vanum expectauère Lupercum, 75  
 Qualis erat gressu Panos ad sacra volūci,  
 Caprino quatiens & terga manusque flagello  
 Fœmineas: fieri mater dum nupta putabat,  
 Et sibi iam facilem perpeſſo à verbere partum:  
 Tanta olim tenuit stolidas infania mentes; 80  
 Sed Te exoratum precibus sensère Patronum,  
 Dum florère vident ceu pingues viscera campos,  
 Fertilis accepto turget ceu semine gleba,  
 Vere nouo prope aquas viridis ceu pullulat arbor:  
 Inque sua è cœlo fœcundos viscera toros 85  
 Iam venisse sibi, exauditi munera voti.  
 Mādragoras iā sperne, Rachel pulchertima, odoras, *Cenes.*  
 Pomā vel Eoo reperit quæ frīgida campo 30.  
 Ruben: inuideas Liæ nec mœsta superbæ.  
 Tu quoq̄ Apollineis ne quære iuamē in herbis, 90  
 Nec Chirōnis opem, aut florem, Iouis æmula luno,  
 Quem pulchra Olenijs emissum Chloris ab aruis  
 Venditat esse sibi: & quo matrem fabula tacto  
 Te facit, horrendique grauem iam pondere Martis.  
 Dat prolis fœcunda Deus medicamina vobis, 95  
 Supplicibus fidas votis cum oratis ad aras:  
 Priscæ Annæ sterilis meliora exempla secutæ;  
 Ipse potens pingues facere ex arenibus hortos, *Reg. 1.*  
 Et germen mandare solo producere inepto.  
 Qui pius ostendit, quo intercesſore rogārī, 100  
 sic  
 Vol.

142 *Mirac. Diui Raymundi Nonnati,*

Vosque audire velit, Nonnati nomine flexus:  
Cuius præsidio voluit simul esse dicatas.  
Hactenus infœcunda velut cantauimus arua,  
Nuptarum genus infirmum, morboque piatum:  
Nunc, Raymunde Pater, succingor dicere morbos, 105  
Quos curare graues Dius concessit Apollo  
Brutorumue hominumue Tibi, contagia mortis.  
O quam Te, grassante lue, est experta Tolosa  
Nobilis, vrbisque potens, vndis aspersa Garumbæ,  
Cœlestem medicum! Ciues inuaserat illa 110  
Siderè oborta malo, vitio siue aeris atro:  
Tunc illi, vt celerem possint sperare salutem,  
Teque, Tuique, rogant alatas Nominis auras  
Deuotis animis: tonat & dum Nomen in ore,  
Fit medicina, salusque ægris; morbusq; recedit 115  
Irritus, & redeunt integræ ad corpora vires;  
Quatuor, vtque ferunt viginti mille repente  
Confusi, texûs erepta à morte fuère.  
Tunc linguæ toridem, toridemque ingentibus ora  
Laudibus heròum Nonnati nomen ad altra 120  
Encxère lacri: dum te illo grata fatentur  
Vix implorato præsentem habuisse salutem.  
Nominis ò virtus, ægrisque celerrima mœstis!  
Sed quid Raymundus? Radius re & nomine Mûdus,  
Nec secus emissus rutilo quâ à corpore Phebi. 125  
Phœbus enim tenebris velut æthera purgat opertû  
Nocturnis, fœdamque nigrâ caligine terram,  
Lux oculisque venit cupidis gratissima velox:

Sic

Sic quoque Raymundus radianti nomine mundat  
 Infirmos morbis, tristes pascentibus artus, 130  
 Et subito gaudent optatâ membra salute.  
 Quin, cum fidus eras, & terris incola Iberis,  
 Tunc Lalætanos, Raymunde, exorta per agros  
 Sæua lues armenta, gregesque infecerat omnes;  
 His Tu certa salus facilisque medela fuisti: 135  
 Non medicis succis, non Pœoniâ vteris arte,  
 Te coram dum fessa suo languore trahuntur.  
 Sat super illa Tuæ visâ est benedictio dextræ,  
 In Crucis extensæ signum mirabile sanctæ.  
 Tùm subito pecora in lætos se vertere vultus, 140  
 Atque animos macie expulsâ lumpsisse videntur.  
 Hinnit equus iâ alacer, viridis nō immemor herbæ:  
 Exultantque greges balantum, & gramina tondent  
 Ore leui: teneris ludant & saltibus agni,  
 Dulcia nec segni pede matris ad vbera currūt. 145  
 Hinc atque hinc aries lunatâ fronte laceffunt  
 Se fortes, lætumque gerunt in gramine Martem.  
 Hædulus insultat, lasciuit siva capella:  
 Taurus mugitu ridentia prata minaci  
 Exhilarat, cornu frondosaque robora pulsat; 150  
 Æmulus at vitulus flauâ proludit arenâ:  
 Assaultuque pari, per amœnas lustrat herbas,  
 Nondum sueta iugo dare candida colla iuuenca.  
 Omne igitur pecus ingenitis sibi lusibus errat  
 Per campos, sanasque refert in corpore vires, 155  
 Et benefactori grates proferre videtur.

144 *Mirac. Diui Raymundi Nonnati,*

Aut gestire suo. Latè pecorumque magistri  
Agresti celebrant Nonnati carmine nomen:  
Septifrisque pias modulatur fistula laudes,  
Nota suos dū quisque greges ad pascua ducit. 160  
Naiades interea nitido, Dryadesque venustæ,  
Rustica sylvestris saltant ad carmina cannæ,  
Et choreas plantis imitantur Oreades albis.  
Hinc mos increuit, qui hæc vsque ad tēpora durat,  
Viuidus & Portelliacis famosus in oris, 165  
Perque tuas, illustris Lalætania, ripas:  
Omne genus pecorū armentique afferre quotannis,  
Hisce salutarem Raymundi Patris ad ædem.  
Quando ergo illius celebratur in astra recepti  
Festa dies, & thure calent altaria grato 170  
Vota sibi, tunc lanigeras adducit Ibêrus  
Pastor oues, onijumque duces, hirtasque capellas,  
Cum capris: affertque boues vaccasque bubulcus  
Geryonisue pecus: tandem armentarius omnis  
Fert generis pecudes, sua quæ præsepia norunt. 175  
Ut veniunt, temploque greges vicina per arua  
Aspectu fusi vario, & nullo ordine oberrant,  
Necnon obstrepero reboant discrimine vocum:  
Pastores veneranda greges per limina templi  
Discretos ter quique suos circumtrahit almi: 180  
Et tereno redeunt lustrati ad patria gyro  
Arua greges, pulso per talia februa morbo,  
Siquis erat, sin, inde ferunt tutamina dira  
Certa lais, quæ iure queunt Raymundia dici,

Deductū teneant vnde hæc purgamina nomē. 185  
 Sic, Raymunde Parens, in terris alter Ibæris  
 Diceris armentis fœlix Antonius esse:  
 Qui Phario veniens nomen mirabile Nilo,  
 Est præsens pecori amuletum, & terror Auerni:  
 Igne malos torrens sacro, sed tutor amicus 190  
 Cum fuit in templa indomitus Vulcanus & ædes.  
 Tu, Raymunde, febres, humani corporis ignes,  
 Sic pius extinguis; siccosque refrigerat artus  
 Nominis aura tui, membris lenissima adustis.  
 En memoro (nec res est iniucunda relatu) 195  
 Cuiusdam febrem pueri, quæ feruida terno  
 Itque reditque die, repetiti conscia cursus.  
 Hæc artus dum sæpe premit rediuiua tenellos,  
 Et grauis est puero, & grauis est puer ipse parenti:  
 Quem iam fastidit gemitus audire puelli, 200  
 Quodque nihil videat prodesse Machaonis artes;  
 Ille quasi iratus, quid, ait, mea viscera, fili,  
 Intorques toties frustra clamoribus ægris?  
 Nescio quid prosit tibi, quâue iuuaberis arte.  
 Phœbeam irridet certo febris abdita ludo, 205  
 Falluat se vt pueri quæsitis sæpe latebris.  
 I, Puer, & Raymundi aures iam tunde querêlis:  
 Pullasti satis ipse meas. Dic, Alme salutem  
 Te, Pater, oro: febresque meo de corpore pelle.  
 Mittebat puero hæc, quem non sperabat iurū, 210  
 Verba pater, similis (non serius ipse) iocanti.  
 At puer, assuetus nondum discernere lusus  
 Verborum, saltæ duplicataque munera linguæ,  
 Ore patris motus Raymundi templa petiuit.

146 *Mirac. Diui Raymundi Nonnati,*  
Nec mora, vt intrauit, flexis illius ad aras 215  
Poplicibus, voces puerili has protulit ore:  
Sæm febribus, Dñe, æger ego: pater & meus inquit,  
Quod Tu me sanes, & pellas corpore febres.  
O bona simplicitas Raymundo audita puelli  
Protinùs! ægroto non distulit ille salutem, 220  
Nec passus febres ad membra tenella redire;  
Quin etiam patri simulatâ mente locuto  
Fauit: fortè sono vocis, non mentis inhærens  
Iudicio; discretus amor Superùm omnia vincit:  
Raymundusque pius infirmis applicat aures. 225  
Quis premitur, capitis grauius stimulante dolore,  
Et venit ad Te qui insano non liber ab æstu  
Sit, mentisque gerat pacatam à fluctibus aulam?  
Illud, quo Christus cinxit tua tempora, sertum  
Hoc Tibi promeruit donû, capitisque leuamē 230  
Ægi. quando Tuum spinis afflixit acutis.  
Nec frustra ille dolor totius tempore vitæ  
Permansit Tibi: nam pateant vt iura fauendî,  
Venturos nobis toleras prius ipse dolores.  
Quis morbos animi, diros quis pectoris æstus, 235  
Ceu maris irati, numeret: quibus ipse medêris,  
Oratam deuotus opem cum postulat æger,  
Subsidiumque mali, quem pronis auribus audis?  
Venerat vxoris coniux homicida pudicæ,  
Et seruis dominæ infestis citò credulus ille, 240  
Mille truces nocuo voluens in pectore curas:  
Si qua sibi ferres meritæ solatia pænæ.  
Cui Tu inter fluctus fulsisti sidus amarus  
Faustum, insperatumque illi, non sidera Lædæ



Tàm bona pratimidum apparent patiētibus æquor, 245  
 Spemque ferunt nautis ad tutum appellere portū,  
 Quàm Tu animo curis actō, rabidisque procellis.  
 Namque aperis mirus cœlesti afflamine vates,  
 Sponsam non violasse thori sacra fœdera casti,  
 Purpureum nec ferri aciem fudisse cruorem, 250  
 Dum decepta furit, pectus nec tangit honestum.  
 Tunc abijt mœror, pauidæque à pectore curæ  
 Effugère; solent, Phœbo vt veniente, tenebræ.  
 Latiitiæque reuerfa dies est, & magis illa  
 Grata viro, fidæ quodd casum vxoris inanem 255  
 Esse sibi, & portâ ceu missum monstrat eburnâ.  
 Tunc vxoris honor redijt, thalamique pudici,  
 Clarior, & seruata fides resplenduit: arctus  
 Mendacis nodus dum fregit guttura linguæ.  
 Denique tunc genialis amor, formosus Hymenque, 260  
 Consortes thalami lætos visère iugalis.  
 Hæc addenda tuis dulcissima gloria donis:  
 Pignora non tantùm, Raymunde, cupita parentum  
 Faustè exire facis luci, sed pacis amator  
 Diruta concilias stabili connubia lege, 265  
 Discordesque animos antiquo iungis amore.  
 Quid referam pueros, mater quos anxia quærens,  
 Et non inueniens, ædes clamoribus implet.  
 Scilicèt illa minis scuticæ tremefecerat illos;  
 At pueri nigras farni petière latêbras, 270  
 Non tunc accensi: somnus rapuitque timentes,  
 Tristitiâ grauior teneros illapsus in artus.  
 Iam propè nox erat, & furnus succenditur igne,  
 Ad panis munus solerti more coquendi.

148 *Mirat. Diui Ræymundi Nonnati,*  
Dum calet, interea præcludunt ostia furni, 279  
Ignari casûs homines, quod claudat & intus  
Ille ardens pueros, subiectaque corpora flammis.  
At mater, cubitum nondum venisse puellos,  
Nocte videns multâ, furiosæ Mænadis instat,  
Aut Cereris natam Ennæis quærentis in aruis, 280  
Huc illuc clamore domum locaque omnia versat  
Fœmineo: atque ut ales Itin raptum ingemit, illos  
Non aliter deflet diro commota dolore:  
Perque vices modo, filioli, modo nomine clamat  
Quemque suo; nomē ventis sed mittit utrūque. 285  
Extremum tandem expertura locum (hic erat vnus,  
Qui sibi, tunc miseræ minus, explorâre manebat)  
Furnum adit ardentem præceps, portâque recludit  
Ingenti strepitu, simul & plangoribus altis.  
Protinus ore vomit fumos æstusque caminus, 290  
Et pueri sonitu somnum rupere profundum:  
Excitique magis gemitu matris, timidique  
Igne loci, celeres atro euasere camino.  
Nil illos fumus, nil clausus læserat ignis,  
Nec placidos repulit puerili à pectore somnos. 295  
Tùm mirata parens, natos in brachia paruos,  
Et præ lætitiâ, lachrimis excepit obortis,  
Et quis, ait, pueri, vos in fornâce, vapôris  
A nebulis terri, lento seruauit in igne  
Illæfos? Quis erat custos à Numine missus 300  
Omnipotentē sacer? Num à cælo vester Olympo  
Angelus ille fuit? Superûm vel forsitan alter,  
Quem Pater incolumes iussit seruare supernus  
Vos somno, fumos inter, flammâsque, sepultos?

ac velut

Numinis ò pietas mira! ò non gratia vobis, 309  
 Debita nec mihi, quæ matrem prolemque referuat  
 Dicite nunc, nati, vocemque resumite salui:  
 Dicite nunc, furni si quem vidistis in igne?  
 Tunc singultantes, Mater, quem vidimus, aiunt,  
 Vt strepitus clamorque tuus nos suscitât in gēs 310  
 A somno: ille Pater Tyrio vestitus amictu,  
 Albentique simul, Nonnati nomine dictus:  
 Ille fuit, qui que extento nos firmate tectos,  
 Ceu pullos tensis operit gallina sub alis,  
 A fumo tutor facilis seruabat & igne. 311  
 Hæc pueri: & mater, miro haud ingrata fauori,  
 Fida tulit sacras Raymundi munera ad aras,  
 Lætitiæque animi saluis testantia natis.  
 Tu quoque, vt in meliùs mortalia pectora mutes,  
 Læta modo, Raymunde, modo mæsta induis ora. 312  
 Namque tuas mulier dum aras deuota frequentat,  
 Non vnâ vultûs Tibi spectat inesse figuram:  
 Te nunc irato, toruisque coloribus, ore  
 Esse notat: nunc demisso Te lumine mœstum:  
 Dulcia nunc placido promētrem gaudia vultu; 325  
 Teque sibi in sacrum miratur Prothea versum.  
 Cur famulam, pendens animi secum illa volûtat,  
 Non læto, meus & vultu Pater aspicit vno?  
 Hinc prudens, conuersa tui ad penetralia cordis,  
 Iudicio mentis sordes examinat arcto 330  
 Offensasque Dei, violataque iura, supremi:  
 Minos ipsa sui. Ergo, se dum prospicit intus,  
 Admissis videt illa suam offendisse Patronum  
 Labibus: agnosci vario seque ore reprehensam.

150 *Mirac. Diui Raymundi Nonnati,*  
 Nam miranda sacros quotiès mutauit imàgo 335;  
 Vultus in mœstos, vel maiestate seuëros,  
 Sordida mens fuit, & culpis infecta iacebat;  
 At sceleris quoties abiecti pura micabat;  
 Læta quoque, atque oculis rutilabat imàgo serënis,  
 Nec tristi famulam, aut toruo aspiciebat in ore. 340  
 Hic mos est Patris, mutato carpere vultu  
 Crimina natorum, rectis aut plaudere factis.  
 Lingua vt habet voces; facies mutata, colôres.  
 Illa sonat verbis; hæc sese vt epistola format,  
 Conceptusque refert, & signa latentia mentis. 345  
 Auribus illa sono; hæc oculis obiecta patescit.  
 Quælibet est animi interpres. Sic fœmina nouit  
 Se multas scelerum facies in pectore ferre.  
 Nunc, Raymûde Parens, cû non ego singula possim,  
 Veloci nec adhuc calamo, percurrere mira, 350  
 Quæ Tu fecisti, totoque operâris in orbe:  
 Ad tua templa voco gentes, vbi lumine lustrent,  
 Quæ pendent votiua tholo donaria sacro,  
 Denaque parjetibus, Parijs & vtrinque columnis,  
 Nec numeranda quidẽ, misto confusa refulgent 355  
 Ordine, ceu riguis fragrantum vernat in hortis  
 Florum piëta cohors, pomorum & copia dulcis.  
 Hic videant piëtas, votina sigilla, tabellas  
 Corporis ægroti, è lecto iam membra leuantis  
 Fortia: cui vitæ spes non erat vlla relicta, 360  
 Diffidens medicæ solers Podalirius arti.  
 Hic ope Nonnati, puerosque virosque, senesque,  
 Imbellesque nurus, vario languore iacentes,  
 Iam deploratum videant fugisse laborem.

Et qualis tabulam, tumidis quâ euasit ab vndis, 36  
 Nauta Deo sacrat æquoreo, appenditque marinis  
 E scopulis gratique animi, testemque pericli:  
 Haud secus acceptæ hic ægros monumenta salutis,  
 Gratas Raymundo tabulas fixisse videbunt:  
 Seruatos letho, ad vitam rediisse fatentes. 370  
 Nec solùm in tabulis paries postesque dicatis  
 Picta ferunt Portelliaci miracula Patris:  
 Sed multis etiam cerâ argentoque renident  
 Corporis humani membris, seu Mentoris arte  
 Insignis, Polycleteo seu pollice fictis. 375  
 Stât capita, & facies, oculique, manusque, pedesque,  
 Cruraque, & ingentes humeri, nexique lacerti,  
 Pectora, scemineæ mammæ, cum gutture colla:  
 Totus homo, in summâ, varios discerptus in artus,  
 Quos dolor intorquet, quos tabes dira perurit: 380  
 Mille mali species. Heu tor mortale laborat  
 Corpus! membra gerit totidêque obnoxia morbis!  
 At nunc Raymundi suspensa salubribus aris,  
 Exuuiæ rutilant ceu morbo ex hoste receptæ.  
 Adde his, quæ conclamatis Libitina pararat 385  
 Tristis, sandapilas, feralia lintea, vittas:  
 Sunt modo quæ rapti victâ de morte triumphî,  
 Claraque Raymundi templis affixa trophæa,  
 Victoris. Numen nam supplex dum ille precatur,  
 Corpora sunt rursus vitales reddita ad auras: 390  
 Eductæque lacu manes Acherontis ab imo  
 Horrida luserunt funestæ vincula mortis,  
 Et feretrum, mæsto elatarum membra sepulchro.  
 Laudent iam pueri, castaque virginum

Te, Raymunde, cohors carmine candido;  
 Et pullent teneris gramina mollia  
 Plantis, ad sonitum lyræ.

Nonnati titulum, tam Tibi amabilem,  
 Grato multoties gutture personent:  
 Non natis quoniam subuenis efficax,  
 Partus cum venit improbus.

Te matres celebrent, Teque puerperæ,  
 Faustè quas vteri pondere liberas,  
 Et vicis alacres dulciùs efficis  
 Charà prole periculis.

Te cantet medicum turba dolentium  
 Mirâ laude super sidera cœlicum:  
 Quem donat populis Numen Olympicum,  
 Ægris auxilium vt feras;

Teque experta canæ viribus integris,  
 Quòd morbos meliùs pellis Apolline,  
 Quòd non Hippolytos ab Styge detrahis  
 Herbis Pœonis horridâ;


Sed concessa refers à Patre luminum  
 Virtuti veluti præmia debita,  
 Et vitæ meritis inclytæ honoribus,  
 Morbos pellere luridos.

Tùm febres animi, mentis & anxix,  
 Afflictis quoties sumeris Arbiter,  
 Auellis rabidas sollicitudines,  
 Tu Pax, Auraque pectorum.

Ergo Te assiduis laudibus insonet  
 Orbis, perque Pòlos Numen Ibericos  
 Ægrotis fauceas omnibus efficax;  
 Thule & Te inuocet vltima.

FINIS.









Siant. Feb

Est. 1875

Feb. 1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875

1875